

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Deka

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Liber tertius

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**Κ Υ Ρ Ι Λ Λ Ο Υ**  
**ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ**  
**ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,**

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΥΑΓΟΥΣ  
*Θρησκείας, πρὸς τὰ τῶ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανῶ.*  
**ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.**

**S. CYRILLI ALEXANDRIÆ**  
**ARCHIEPISCOPI,**

PRO SANCTA CHRISTIANORVM RELIGIONE,  
 ADVERSVS LIBROS ATHEI IVLIANI.  
 LIBER TERTIVS.

**Α** ΠΑΝΤΑ μὲν ἐν τὰ Χριστιανῶν Α  
 διαβέβληται παρ' αὐτῶ, ἔδητε,  
 καὶ νόμοι, καὶ μυστήρια καὶ ἔδεν  
 ἐστὶ τῶν ἐν γεγονότων, ἢ καὶ ὀρθῶς  
 εἰρημένων παρὰ τῆς θείας γρα-  
 φῆς, ὃ μὴ ταῖς εἰς φαυλότητα περιβαλλῶν  
 αἰτίας, ἢ ἐρυθειᾶ. ἀποσεμνύνει δὲ μόνον τὰ  
 ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς ἔμετρίως ἀσχάλλουσα τὸν ἀλη-  
 θῶς ἀρετὴ φρονα, μεταφοιτῆσαι πρὸς τὰ βελ-  
 τίω ἢ τὴν Πλάτωνος δημηγορίαν, ἣν αὐτὸς ἐαυ-  
 τῶ σωλθετικῶς τὴν θείαν τε ἢ ὑπερφυσῆ στυκο-  
 φάνηκε δόξαν, καλατέθηπεν ἔμετρίως. Προσ-  
 τιθεὶς δὲ ὡς ἀμαρτίας ἐφ' ἀμαρτίας, ἵεται δὴ πάλιν  
 ἐπὶ τὴν Μωσέως συγγραφήν, ἢ ἐπ' αὐτὴν κα-  
 ταθήσει τὸ σῶμα μᾶλλον δὲ, εἰς ὑψος ἀρει τὸ κέ-  
 ρος, ἢ ἀδικίαν λαλεῖ κατὰ Θεῶ, ἢ τοῖς τῆς ἀλη-  
 θείας ἀνθοπλίζετα δόγμασιν, ἔτω τε φησί:

**R** ES igitur Christianorum  
 omnes criminatus est, &  
 mores, & leges, & myste-  
 ria; nullumque est aut bo-  
 num factum, aut a diui-  
 na Scriptura recte dictum,  
 quod in malam partem rapere non eru-  
 bescat. Ea vero sola magna facit, quibus  
 non mediocriter offensum par erat, si ve-  
 re utique saperet, ad meliora sese recipe-  
 re: & Platonis allocutionem, qua ipse sibi  
 conflata, diuinam & quæ supra naturam  
 est gloriam calumniatus est, haud medio-  
 criter demiratur. Sed, ut peccatis pecca-  
 ta cumulans, Mosis historiam rursus  
 inuadit, in eamque os acuit, immo  
 cornu in altum tollit, & iniquitatem  
 loquitur aduersus Deum, & contra veri-  
 tatis dogmata armatur, sicque ait:

IULIANVS.

His confer Iudaicam doctrinam, & plantatum a Deo hortum, & fictum ab ipso Adamum, tum quæ huic euenit mulierem. Dicit enim Deus: *Non bonum est hominem esse solum, faciamus ei adiutricem similem ipsi*; quæ nihil eum quidem rerum omnium adiuuerit, sed deceperit, eaque ipsi sibi que, vt paradisi deliciis excideret, causa extiterit. Hæc enim fabulosa plane sunt. Quid enim rationis habet, ignorare Deum, quod in auxilium ab ipso fiat, non tam bono quam malo ei, qui acceperit, futurum?

CYRILLVS.

Non credit itaque plantatum a Deo fuisse paradysum vllum, aut fortasse quod id quoque efficere nequierit, ineffabilem potentiam imprudenter condemnat. Risus, autem materiam facit formatum Adamum, ex eoque mulierem, & a consilio propositoque aberrasse eum, qui falli non potest, blaterat. Non enim bono fuit Adamo, sed fraudi potius & lapsui a paradiso & voluptatibus. Vin' tu igitur, amice, his tanquam friuolis & putidis, quemadmodum tute existimas, pratermissis, tuorum doctorum sermonibus insistamus? Vin' tu comparatis iis, quæ de mundi ortu scripsit Hesiodus, cum Mosis Genesi, scrutemur ea quæ tu, perinde ac tui maiores, admiraris? Ille Musas apprecatus, peritaque, vt ait ipse, amabili cantione, putidas nobis & exoletas fabulas congescit. Natum quippe scribit e Terra & Cælo Cœum & Hyperionem, & prater hos Iapetum, ac Prometheum quendam hujus filium; qui nisi ignem ab Ioue furatus esset, mulier in lucem haud prorsus edita fuisset, quam fabricatus est quidem utroque pede ille claudicans, hoc est, Vulcanus: vario autem ornatu decorasse dicitur Pallas forti patre prognata, & pulchrum malum dedisse mortalibus. At si femina defuisset, quam ab irato Ioue, vt ipsi perhibent, habuimus, quomodo constitisset genus hominum? aut quo pacto Dii Deorum aliqui fuissent opifices immortalis mortale attexentes, vt Platoni visum est. Hæc sapientissimi Mosis scriptis opponere non exhorruerunt: tametsi præstabat Mosæica sanctis acclamationibus profsequi. At enim, dicent, poetis artis suæ lex permittit quiduis, citra reprehensionis metum fabulari.

A

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τῆτοις παράβαλλε τὴν Ἰουδαϊκὴν διδασκαλίαν, καὶ τὸν φυτευόμενον ὑπὸ τῆ Θεῶ παραδείσον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῆ πλαττόμενον Ἀδάμ, εἶτα τὴν γενομένην αὐτῷ γυναῖκα. λέγει γὰρ ὁ Θεὸς ἔκαλον εἶναι τὸ ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. πρὸς ἑδὲν μὲν αὐτῷ τὸ ὅλων βοηθήσασαν, ἐξαπατήσασαν δὲ, καὶ γενομένην παραίλιαν αὐτῷ τε ἐκείνῳ, καὶ αὐτῇ ἑπεσεῖν ἔξω τῆ παραδείσου τρυφῆς. Ταῦτα γὰρ ἐπιμυθώδη παντελῶς. ἐπεὶ πῶς εὐλογοῦν ἀνοεῖν τὸ Θεόν, ὅτι τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτῆ πρὸς βοήθειαν, ἔπρὸς καλῆ μᾶλλον, ἀλλὰ πρὸς κακῆ τῶ λαβόντι γενήσεται;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἀπισεῖ μὲν ἐν ὅτι πεφύτευται τις παράδεισος παρὰ Θεῶ ἢ τάχα πρ, καὶ τόγε μὴ δυνάσθαι τῆτο δρᾶν, τῆς ἀρήτης δυνάμεως ἀσωτέως καταψηφίζεσθαι. γέλωτος δὲ ποιεῖται πρὸ φασιν, τὸ διαπεπλάσθαι τὸ Ἀδάμ, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆ γυναῖκα καὶ ἀσοχήσασιν φησὶ βελῆς καὶ σκευμάτων τὸν ἑδὲν ἀμαρτεῖν εἰδότες. ἔγάρ τοι φησὶ πρὸς καλῆ γεγονε τῷ Ἀδάμ, πρὸς ἀπάτης δὲ μᾶλλον, καὶ ἀπεμπολῆς καὶ παραδείσου καὶ τρυφῆς. Βέλει δὲ ἐν, ὡ τᾶν, ταῦτα μεθέντες ὡς ἔωλα, κατὰ γε τὸ αὐτὸ σοι δοκεῖν τοῖς τῶ σῶν διδασκάλων ἐπώμεθα λόγοις; βέλει τῆ Μωσέως κοσμογονείᾳ τῆ Ἡσιόδου συμβαλόντες ἐρευνήσωμεν, ἀ τεθαύμασας ὁμῆ παρὰσι τοῖς σοῖς; Ἐπευξάμενος γὰρ τῆς Μύσας καὶ παρ' αὐτῶν ἀτήσασιν ἴην, ὡς αὐτὸς φησιν, ἡμερόεσαν αἰοδὴν, ὕθλων ἡμῖν ὀδωδότην συναγῆγερε διηγήματα. Γῆς γὰρ γενέσθαι καὶ Οὐρανῆ φησὶ. Κοῖον τε καὶ Ὑπερίονα, καὶ πρὸς γε τῆτοις Ἰαπετόν, Προμηθεᾶ τέ τινα τὸν ἐκ τῆς, ὅς εἰ μὴ κέκλοφε παρὰ τῆ Διὸς τὸ πῦρ, ἑδ' ἂν εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν ὄλων ἡ γυνή, ἢν ἐτεκλήματο μὲν ὁ ἀμφιγυῖς, τῆτ' ἔσιν ὁ Ἡφαιστος· κόσμῳ ποιηκίλω καθωροῖσασιν φασὶ τὴν ὀμβριμόπαλιν, φημὶ δὲ τὴν Ἀθηναίαν, δὲναί τε ἀνθρώποις καλὸν κακόν· εἶτα γυναικὸς ἐκ ἑσῆς, ἢν ἐξ ὀργῆς ἐσχῆκαμεν τῆ Διὸς, ὡς αὐτοὶ φασὶ, πῶς ἂν συνέση τὸ γένος τὸ ἀνθρώπων; ἢ πῶς ἂν ἐτέρως δημιεροὶ γεγονάσιν οἱ θεοὶ τῶ θεῶν ἀθανάτων θνητὸν προσυφαινόντες, κατὰ τῶ Πλάτωνι δοκεῖ. Ταῦτα τοῖς τῶ πανσόφου Μωσέως γραμμασιν ἀντεξάγοντες, ἔκαλα πεφείασιν καὶ τοῖς πῶς ἔμᾶλλον ἐχρῆν ταῖς ἐκ νῆ τῆ σῶφρονος κατὰ κρῆσιν εὐφημίας; Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἐκείνο φάμεν ἂν, ὡς ἐφίησι ποιηταῖς τῆς ἐπισημῆς ὁ νόμος, ἀνεπιπλήλως μυθολογεῖν.

C

D

E

ἔκβν, εἰ μὴδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐξήνεγκαν εἰς ἡ-  
 μᾶς, ἀπιστεῖσθω πάντα τὰ παρ' αὐτῶν, μῦθοι καὶ  
 Φλυαρία, καὶ γραοπρεπῆ λεγέσθω ψελλίσματα.  
 καὶ εἰ γένοιτό τις αὐτοῖς περὶ Θεῶν λόγος, οἷχε-  
 σθω καὶ ἔτος, καὶ κομφολογία ποιητικὴ. Ἀλλ' ἔχ-  
 ῶδε ταῦτ' ἔχειν δόξειεν ἂν αὐτοῖς πολλῶ γε καὶ  
 δεῖ διατέθενται γὰρ ἑτέρως, ἔ κομφοπείας καὶ  
 μύθους τὰ περὶ Θεῶν εἶναι λέγοντες, ἀλλ' ὡς ἀ-  
 ληθεῖς καὶ δοκιμωτάτας δεχόμενοι τὰς Φωνὰς, καὶ  
 τῆτο οἱ σωετώτατοι. Ἡρόδοτος γὰρ ὁ διαβόη-  
 τον ἰστορίαν σωλεθεικῶς, ἔτω παρ' Ἡσιό-  
 δον δὲ καὶ Ὀμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι  
 δοκίμεν πρεσβυτέρως γενέσθαι, καὶ ἔ πλέοσιν.  
 ἔτοι δὲ εἰσιν οἱ ποιήσαντες Θεογονίην Ἑλλησι,  
 καὶ θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμὰς καὶ τέχ-  
 νας διελόντες, καὶ ἰδέαν αὐτῶν σημήναντες· οἱ δὲ  
 πρότεροι ποιητὰ λεγόμενοι τῶν τῶν ἀνδρῶν  
 γενέσθαι, ὑσερον, ἔμοιγε δοκίμην, ἐγένοντο. Οὐκ ἔν  
 οἱ θεῶς ὀνομάσαντες, τιμὰς τε αὐτοῖς καὶ ὀνόματα  
 θέντες, καὶ ἰδέαν καλασημήναντες, εἰ μὲν μύθους  
 αὐτοῖς συγγραφεύσιν, καὶ ἑτέρον ἔδεν, γελάσθω-  
 σαν εἰκότως, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν εἰκὴ πεφλυαρη-  
 μένα τῶ μὴδενὸς ἀξίεσθω λόγος. εἰ δὲ τετί-  
 μνηται παρ' αὐτοῖς, καὶ δὴ καὶ εἰς δεῦρο Θεῶς εἶναι  
 Φασὶ τῶς ὀνομασμένους, ἀνθ' ὅτῃ γράφονται  
 μάτην ὡς ἀσύφηλα πεφλυαρηκότας, εἰδὴ παρ  
 τι λέγοιεν τῶν ἀπαδόκων αὐτοῖς. Ὀυκ ἔν ἀξιο-  
 χρεως εἶναι νομίζουσι γράφοντας τὰ περὶ Θεῶν,  
 ἀνθ' ὅτῃ περιῦριζουσι τοῖς ἑτέροις αὐτῶν ἀπι-  
 σῶντες λόγοις, ὅτι γὰρ Πλάτων ὄν τε θαυμάσα-  
 σιν ἔκ ἀπόβλητον ποιεῖται τὴν Ἡσιόδου Θεογο-  
 νίαν, ἐκδείξειεν ἂν τις καὶ ἀταλαιπώρως κομιδῆ  
 διὰ γε τῶν αὐτῶ λόγων. ἔφη γὰρ ὡδὲ ἀλλὰ δὴ  
 Θεῶς ἔτε λανθάνειν, ἔτε βιάσασθαι διωατόν  
 ἔκβν εἰ μὲν μὴ εἰσὶν, ἢ μὴδὲν αὐτοῖς τῶν ἀνθρω-  
 πίνων μέλεται, καὶ ἡμῖν μελεῖντέον τῶ λαν-  
 θάνειν· εἰ δὲ εἰσὶ τε καὶ ἐπιμελεῖνται, ἔκ ἀλλα-  
 χόθεν τοιῶτῃς ἴσμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἢ ἔκ τε τῶν  
 λόγων, καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν οἱ δὲ  
 αὐτοὶ ἔτοι λέγουσιν ὡς εἰσὶν οἱ οἱ Φυσίας τε καὶ  
 εὐχολαῖς ἀγαπᾶν καὶ ἀναθήμασι παράγε-  
 σθαι ἀναπειθόμενοι. ἄθροι δὴ ἔν ὅπως διω-  
 μολόγηκεν ἐναργῶς, ὡς εἶπερ ὅλως εἰσὶ  
 Θεοὶ δὲ εἰδένα καὶ μαθεῖν ἔξ ὧν ἑτέροι  
 γεγράφασι περὶ αὐτῶν. ὅτι δὲ τὸν Ἡσιόδου  
 περὶ Θεῶν λόγον ἔκ ἀτιμάσας ἔχει, δὴ-  
 λῶς ἂν εἴη δὴ παρ' ὡδὲ πῃ πάλιν εἰπὼν,

A Ergo, si nihil necessarium vitæ intule-  
 runt, omnibus illorum fabulis ac nu-  
 gis nulla fides esto, & aniles naniæ di-  
 cuntor: ac si quid de Diis scripserunt,  
 valeat demum, & poetica lepiditatis  
 nomen habeat. Sed tantum abest ut  
 hæc ita se habere putent. Alia quip-  
 pe mens illis est. Nec enim quæ de  
 Diis produntur, lepores & fabulas pu-  
 tant, sed eas potius tanquam veras &  
 probatissimas voces accipiunt, idque sa-  
 gacissimi. Herodotus quippe, qui no-  
 bilem historiam composuit, sic alicubi  
 B scribit: *Hesiodum atque Homerum qua-  
 dringentis nec amplius annis ante me opi-  
 nor extitisse. Hi sunt qui Deorum ori-  
 ginem Græcis tradiderunt, Diisque co-  
 gnomina dederunt, honoresque & artes  
 distribuerunt, & eorum speciem figura-  
 runt. Qui vero istos homines anteces-  
 sisse poeta dicuntur, posteriores, ut mi-  
 hi quidem videtur, fuerunt. Igitur qui  
 cognomina Diis indiderunt, & honores  
 statuerunt, eorumque speciem figura-  
 runt, si nihil aliud ipsis quam fabulas  
 C scripserunt, jure merito rideantur, &  
 quæ temere effutierunt, nullo numero  
 habeantur. Si vero eos in honore  
 habuerunt, & vero etiam adhuc Deos  
 esse affirmant qui Dii ab ipsis nominen-  
 tur, non frustra insimulantur quod ab-  
 surda effutiant, siquidem minus sibi  
 consentanea loquuntur. Nam cur eos  
 quos fide dignos putant, cum de Diis  
 scribunt, contumeliose accipiunt, aliis  
 eorum dictis fidem detrahentes? Nam  
 D Platonem quem suspiciunt, Hesiodi  
 Theogoniam non repudiasse, ex ejus li-  
 bris ostendere nullius plane fuerit ne-  
 gotii. Sic enim scripsit: *Atqui Deos  
 nec latere neque cogere possumus. Nam  
 si vel non sunt Dii, neque ipsis humane  
 res cura sunt, nihil est quod illos latere  
 velimus. Quod si & Dii sunt, & re-  
 rum humanarum curam gerunt, non  
 aliunde quidem id vel novimus, vel au-  
 dimus, quam & ex quotidiano sermone,  
 & ex poetis, qui eorum origines conscri-  
 pserunt. Illi vero canunt, posse Deos sacri-  
 ficis & precibus & donariis flecti. Anim-  
 aduerte igitur quo pacto clare confes-  
 sus est, si omnino Dii sunt, id quidem  
 sciendum aut discendum ex iis, quæ de  
 ipsis alii scripserunt. Quod autem non  
 aspernatus sit quæ de Diis Hesiodus ce-  
 cinit, patet, cum rursus ait alicubi,**

Herodot.  
 lib. 2. cap.  
 53.

*Terra & Celi liberos Oceanum & Tethyn procreatos: horum Phorcyn, & Saturnum, & Rheam, & Iouem, & Iunonem, & quotquot scimus eorum fratres dici.*

An non cuius pater, quod ubi ratio obscenitate dogmatum iis assentiri refugit, ibi poetarum leporibus fictarum fabularum nomen illico tribuunt, & in pessimam partem ea sola quæ de iis dicuntur, quos Deos habent, accipiunt. Quid ergo, vir egregie, formatam a Deo mulierem, quæque de illa scripta sunt a Mose, ut minus decora, rejiciemus; Hesiodi vero Pandoram admittimus? Optimum factu tibi hoc videtur. At enim ficta sunt, inquit, quæ de illius a Deo formatione traduntur. Facta est siquidem tanquam adjutrix & vsui alicui viro futura. At nihil tale præstitit: contra vero non leui noxa sibi ac illi fuisse deprehenditur. Ambo enim e paradisi deliciis exciderunt, ab immortalitate & incorruptione longissime repulsi. Ad hæc facile respondebit, qui diuinis oraculis animum intenderit. Facta est quidem in auxilium foemina: sed hujus auxilii modus, quo destinata fuit, attente imprimis perpendendus. Sic enim Opificem ab ejus obrectatione liberabimus. Non enim foemina in partem consilii aut deliberationum assumpta est, nec in lucem edita est decreto ejus quem nihil later, Dei, ut esset natura immutabilis, & ea stabilitate constantiaque prædita, qua nunquam a voluntate Domini posset deflectere. Voluntariis quippe motionibus rationalis creatura regitur, ad id quod rectum est, & ad contrarium libera propensione fertur. Adjutrix vero potius data est, ut procreandis liberis inferiret. De ambobus enim dictum est, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Quippe jam in ortum educta fuerant animalia cætera, terrestria, volucra, & aquatilia. Adeoque spes erat in multitudinem innumeram eorum genus tandem propagatum iri. Mas enim erant & foemina. Cæterum homini compar deerat, hoc est, animal ei natura simile, cujus ope, sicuti animalia reliqua, genus suum amplificaret.

Α Γῆς τε καὶ Οὐρανῶ παῖδες Ὠκεανὸς ἢ Τηθύς ἐγενέσθη, τῶν Φόρκυς τε, Κρόνος τε, Ρέα, Ζεὺς, Ἥρα τε, ἢ πάντες, ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν. ἄρ' ἔχ' ἅπασιν ἐναργέες, ὡς ἐνθά περ ἀτονεῖ πρὸς τὸ στυγεῖν ὁ λόγος αὐτοῖς τῶν δογματῶν ἀχρότητι, ἐκεῖ τῶν ποιητῶν κομψοπέρας τὸ χεῖναι μυθοπλασεῖν εὐθύς ἀπονέμσει. κακουργότατα δὲ μόνως τὸς περὶ γε τῶν παρὰ σφίσι θεῶν προσείηται λόγους. Τί ἔν, ὦ κρείτισε, τὴν παρὰ Θεῶν πλαστῆσαν γυνῆμα, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ λόγον παρέητες ὡς ἀναλλή, καταδεξόμεθα μᾶλλον τὴν Ἡσιόδου Πανδώραν; ἀριστά σοι ἔχειν τῆτο δοκεῖ. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως διεψεῦσαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ τὰ παρὰ Θεῶν. γέγονε μὲν γὰρ, ὡς ἐπικεκήσασα, καὶ πρὸς ὠφελείας τινὸς ἐσομένη τῷ ἀνδρὶ. πέπραχε δὲ τῶν τοιούτων ἕδεν, ἀλλ' ἔκ γε τῶν ἐναντίων, ἔκ ἐυκαταφρόνητον ὁράται προσενεγκῆσα ζημίαν ἑαυτῇ τε, καὶ κείνῳ. τῆς γὰρ τῆ παραδείσου τρυφῆς, ἀμφω τε διωλιθίσασα, καὶ ἀπώλῳ γέγονασι τῆ καὶ ἀμείνως εἶναι θανάτου ἢ φθορᾶς. Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα φαίη τις ἀντοῖς τῆς θεοπνεύσης γραφῆς θεασίσμασιν, ἀκριβῆ τὸν νῦν ἐνείεις. γέγονε μὲν εἰς ἐπικερίαν ἢ γυνῆ. δεῖ δὲ οἶμαι καὶ μάλα ἐμφρόνως τὸν τῆς ἐπικερίας πολυπραγμονεῖσθαι τρόπον, ἐφ' ἣ ἢ γέγονεν. ἀπαλλάξομεν γὰρ ἕτω γραφῆς τῆς παρ' ἐκείνους τὸν δημουργόν. Οὐ γάρ τοι βελῆς ἢ σκευμάτων παρελήφθη κοινωνὸς ἢ γυνῆ, καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ἐκλήρωσατο ψήφῳ τῆ πάντα εἰδοτῶ Θεῶν, ἔδ' ἵνα καὶ φύσει τὸ ἀτρεπτόν ἔχοι καὶ ἀραρὸς ἐν ἑαυτῇ τῷ μὴ διώσθαι ποι παρεκνεύσασί ποτε παρὰ γε τὸ τῷ δεσπότῃ δοκῆν. ἐθελούσιος γὰρ νεύμασιν ἢ λογικῇ διοικεῖται κτίσις πρὸς γε τὸ ἔχον ὀρθῶς, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐθελούσιος ἀτίσασα ῥοπᾶς. παρελήφθη δὲ μᾶλλον εἰς ἐπικερίαν, ὡς τε καὶ εἰς τέκνων ὑπηρετῆσαι γονῆν. εἶρητο γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τὸ, ἀυξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. Ἦδη μὲν γὰρ παρήκτο πρὸς γένεσιν τὰ ἕτερα τῶν ζώων, χερσαῖα φημί πτηνά τε καὶ ἐνυδρα. καὶ δὴ καὶ ἐν ἐλπίσει τὸ γένεσθαι ἦν, τῆ καὶ πληθύνειν δύνασθαι προελθεῖν τὴν ἀριθμῶ κρείττονα. ἄρσεν γὰρ ἦν αὐτοῖς καὶ θῆλυ. ἐλελοίπει δὲ τῷ ἀνδρῶπι, τὸ κατ' αὐτόν, τῆτ' ἔσι τὸ φύσει προσεοικὸς αὐτῷ, δι' ἕπερ ἦν ἀναγκάμον ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις τὴν τῶν ἐξ αὐτῆ κατευρέσθαι γονῆν.

Ἐνταῦθα μοι βλέπε σαφῶς τε καὶ ἐμμηχανῶς  
 παρενηνεγμένον τὸ γυνάμιον κατὰ τὸ Θεῶ δοκῶν.  
 καίτοι ᾧ δυνάμενος κληρονομήσασθαι καὶ ἐπ' αὐτῇ  
 καὶ λαβεῖν μὲν χεῖρ ἀπὸ τῆς γῆς, διαπλάσαι  
 δὲ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, καθ' ὃν καὶ αὐτὸς γέγονεν  
 ὁ Ἀδάμ, τῆτο μὲν ἐκ ἕδρας· ἐμφυτεύσαι δὲ  
 τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ διάθεσιν ἐβελήσας, ὑ-  
 φείλετό τι βραχὺ τῶν αὐτῶ μορίων, καὶ πρῶ-  
 τιστὴν τὸ λείπον, παρεκόμισεν ἐν μάλα διη-  
 τισμένην τοῖς τῆς ἀνθρώπου φύσεως λόγοις. Ὁ δὲ  
 προσέειπε μὲν ἀσμένως, ἐξ ἐμφύτων ἰκνημάτων  
 εἰς ἀγάπησιν ἀρθεῖς, καὶ μονοεχὶ περιφύς, τῆ-  
 το νῦν ὅσῃν ἐκ τῶν ὁσῶν με, φησὶ, καὶ σὰρξ  
 ἐκ τῆς σαρκὸς με· αὐτὴ κληθήσεται γυνή, ὅτι  
 ἐκ τῆς ἀνδρὸς αὐτῇ ἐλήθη. Οἰκειότητα δὲ ἐν  
 φυσικῇ τῇ τῶν ἀρσένων ἐγκατεβάλετο φύσει,  
 τὴν πρὸς γε τὸ θῆλυ φημί· διοικηθησομένων ἀρε-  
 τῶν κατ' ἡμᾶς, εἰ δὲ διακείοντο κατὰ τὸν ἴσον  
 τῷ Ἀδάμ τρόπον πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας οἱ  
 κατὰ νόμον σωτηροσμένοι. Οὐκ ἔστι τῆς ἐπι-  
 κτησίας ἢ δυνάμεις νοοῦν· ἀν εἰκότως εἰσκειομίσθαι  
 τῷ Ἀδάμ παρὰ τῆς ἑαυτῶ γυναικὸς, κατὰ γε  
 τὸν τῆς παιδογονίας τρόπον· εἰ μὲν γὰρ ἐν ἑτέρως  
 πράττεσθαι τῆτο, λεγέτω, δεικνύτω, καὶ σιω-  
 πῆσομαι. εἰ δὲ ἐκ ἀν ἑτέρως ὁ ἀνθρώπος γέ-  
 νοιτο τόκος, εἰ μὴ δι' ἀμφοῖν ἴοι τὸ χρῆμα, πα-  
 τρὸς τε φημί καὶ μητρός· τί μάτην ἐπιπηδᾷ καὶ  
 φιλοσογεῖ, καὶ διασύρει ἀποτολμᾷ τὰ ἔσως  
 ὀρθῶς γεγονότα, καὶ δι' εὐθείας ὡς περ ἰόντα τρί-  
 βος. Οὐκ ἔστι ἀπαλλαττέτω γραφῆς τὸν δεικνύ-  
 γόν. ἔ γάρ τοι δέδειχε τῶν ἐπὶ τῷ γυναικῶ  
 σκευμάτων ἡμαρτηκότα. ἀλλὰ ναὶ φησὶ, συμβε-  
 βέλευκεν ἐκ ὀρθῶς, ἀναπέισασα τὸν Ἀδάμ,  
 παρ' ἑδὲν ποιήσασθαι τὴν δοθεῖσαν ἐντολήν.  
 Ναί, γέγονεν ὁμολογημένως σύμβουλος ἐκ ἀγα-  
 θῆ. καταρνήσομαι γὰρ ἡμισὶ γε τὸ ἀληθές· ἀλλ'  
 εἰ μὲν ἔχει τί τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἐγκαλεῖν,  
 ἢ ὡς ἐκ ἐν γεγονόσιν ἐπιμῶν τοῖς παρὰ Θεῶ,  
 διδασκέτω τὰς αἰτίας, ἐφ' ἃς περ ἀν γραφῆσθαι  
 τις αὐτὸν ἐξω βαῖνοντα σκοπῶ. Ἐἰ δὲ δὴ μανία  
 τῆτο γε, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀποπληξίας ἐλεγχος  
 ἐναργῆς, διεφύδαται φησὶν ἀνθ' ὅτι Θεὸν, εἰ  
 παρεκόμισθη τὸ γυνάμιον τοῖς παρ' ἑτέρω ψιθυ-  
 ρισμοῖς, πρὸς τὸ ἐλέσθαι δεῖν, ἀ μὴ θέμις,  
 καίτοι τῆς ἀνθρώπου διανοίας τῶν πρακτέων, ἢ  
 μὴ, λαχέσης τὴν ἐξουσίαν, καὶ ῥοπαῖς ἐβελ-  
 σίοις, ὡς ἔφην, πρὸς πᾶν ὅτι ἐν ἰέναι συγκεχω-  
 ρημένης, δόξαν ἔχειν καὶ τῆτο ὀρθῶς τῷ πάντων

A Hic tu mihi vide sapienter ac solerter,  
 quod ad Dei voluntatem attinet, esse  
 foeminam procreatam. Tametsi enim  
 eam quoque creare de integro posset,  
 & sumpto quidem de terraluto ad eun-  
 dem modum, quo & ipse factus erat  
 Adamus, effingere, id neutiquam fe-  
 cit: sed quum vellet ingenerare viro  
 erga illam affectum, viri particulam  
 aliquam subduxit, attextisque reliquis  
 naturæ humanæ numeris absolutam  
 protulit. Hic eam libenter accepit, &  
 naturæ impulsu in amorem elatus, ac  
 tantum non ei quasi adgnatus, *Hoc nunc* Genes. 2.  
*os*, inquit, *ex ossibus meis, & caro ex car-*  
*ne mea. Ista vocabitur mulier, quia*  
*ex viro suo sumpta est.* Naturalem igitur  
 masculo generi Deus iniecit erga  
 foeminas necessitudinem: futurum e-  
 nim ut optime se habeant humanæ res,  
 si modo pariter atque Adam erga vxores  
 suas afficiantur, qui legitimo nexu  
 conjuncti sunt. Quam ob rem auxi-  
 lium, si vim jure hujus vocis spectemus,  
 Adamo ab ejus conjuge allatum ad li-  
 berorum certe procreationem intelli-  
 gatur. Quod si alio modo fieri hoc po-  
 tuit, proferat, ostendat; ac tum nihil  
 dicam amplius. Sin autem aliter ho-  
 mo gigni nequit, nisi amborum, patris  
 nempe ac matris, concursu; quid te-  
 mere nobis insultat, & obrectare & la-  
 cerare audet, quæ tam egregie facta sunt,  
 ac recta veluti vadunt via? Quapropter  
 Opificem inculcare desinat. Non enim  
 illum ostendit suo formandæ mulieris  
 consilio aberrasse. Sed profecto, in-  
 quit, non bona consultrix fuit, quæ  
 Adamo persuaserit, ut Dei mandatum  
 faceret nihili. Ita prorsus: fuit mani-  
 festo consultrix non bona. Verum enim  
 minime inficiabor. Sed si quid habet  
 quod naturæ leges accuset, aut quæ a  
 Deo, tanquam non recte facta repre-  
 hendat, causas doceat, quibus eum a  
 proposito aberrasse quisquam arguat.  
 E Si vero iste quidem furor est, & postre-  
 mæ dementiae manifestum indicium, cur  
 frustra fuisse Deum dicit, si alterius su-  
 furris inducta est muliercula, ut patra-  
 re illicita vellet, sane quum hominis  
 mens rerum agendarum aut non agen-  
 darum nacta sit potestatem, eique con-  
 cessum sit, ut arbitrario motu, sicuti  
 dixi, feratur in quodlibet, quum id quo-  
 que recte se habere optimo vniuersorum

artifici Deo visum fit. Agendi enim arbitrio ratione præditam creaturam honestari decebat, & solertiam in bonis factis liberæ voluntatis fructum exhibere. Sed & ipsius magistris omni laude dignum hoc videbatur. Porphyrius certe in libro ad Nemertium ait: *voluisse profecto Deum rerum quoque veritatis participes esse homines: quare & rationis compotes fecisse: quasi sane inuestiganda veritati ratio sit satis: dedisse quoque singulis liberam, sui que juris, ut in iis bonum voluntarii quoque laude ornatum foret. Sed plerosque ad eam, que ab ignavia est, rationis & ratiocinii vacuitatem descivisse, ab eoque in pecuinam vitam degenerasse, & in rebus deerrasse, quarum veritatem industria vi ac virtute, sobrio ac vigilantia consequi perdifficile sit. Sed & alibi: Anima namque potestatem sui ad libertatis possessionem nacta est, virtutis aut vitii spontaneam electionem, ut in unaquaque quod laude quodque probro dignum sit probetur, & locum habeant inter homines approbationes & laudes, & præmiorum distributiones, & vituperationes, & ignominie, & animadversiones in eos qui res injustas perpetrare ausi fuerint. Ajunt porro sapientes, animas vitam eligere quam quasque velit, accepta a providentia potestate. An tibi doctrina nostra a vero aberrasse videtur, aut tua defendes, & hæc ita se habere ipse quoque fatebere? Quod si aliis insuper testimoniis sibi opus esse dicit, afferam Alexandri verba, hominis inter eos acuti cum primis ac diligentis. Sic enim is in libro de Providentia: *In his etiam diuina natura benignitatem aduersum nos quiuis intelligat. Cum enim fieri non posset, ut natura nobis virtutes inessent, data nobis potestate quam tenebat ipsa, earum adeptionem non in alio quoquam, sed in nobis ipsis ut esset effecit, ut quod ab illa non possemus, hoc per nos ipsi capere veluti ab illa possemus. Ergo si virtutes a natura duceremus, nullus vitio relinqueretur locus. Quando autem id fieri nequit, nam usque eo solum nobis natura procedit, ut virtutum capaces simus, necessario id quod capax est ejus, cui est aliquid contrarium, etiam contrarii capax est. In eo autem de Fato, rursus ait: Non enim omnes, neque plurimos virtutibus præditos videmus, quod eorum,**

**A** αἰσιότεχνη Θεῶν· ἐφελκυστία γὰρ ἔδει τιμῆσαι κλήσιν τὴν λογικὴν, καὶ προαιρέσεως ἐλευθέρας καρπὸν ἀποφῆναι, τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς δεξιόν. Ἐδοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τοῖς αὐτοῖς διδασκάλοις, ἐπαῖνος παντὸς ἄξια ταυτί. Πορφύριος γὰρ ἐν τῷ πρὸς Νημέρτιον λόγῳ φησὶν ἕτως· βεβληθῆναι μὲν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς ἀληθείας μετόχου εἶναι τὰς ἀνθρώπους τῆς περὶ τῶν πραγμάτων· ὅθεν καὶ λογικὴς ποιῆσαι. ὡς ἂν δὴ τὸ λόγῳ ἰκανὸς ὄντος ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν· δεδωκότα δὲ καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ αὐτεξέσιον ἐκάσῳ· ἢ ἢ ἐπ' αὐτοῖς τὸ καλὸν, τῷ τῶ ἐκαστῷ κοσμήμενον ἐπαῖνον· τὰς δὲ πολλὰς ἀποκλίνας πρὸς τὴν ἐκ τῆς βραθυμίας ἀλογίαν τε, καὶ ἀλογισίαν, ἐπὶ τὸν κληνώδη βίον ἐκπεσεῖν, καὶ διαψευσθῆναι ἐν τοῖς πράγμασι, ὧν τὴν ἀλήθειαν φιλοπονίας ἀρετῆς μόλις ἦν ἔχειν τῷ νήφοντι καὶ μὴν καὶ ἐτέρωθεν τῆς ψυχῆς τὸ αὐτεξέσιον, εἰς ἐλευθεριότητα καὶ κλήσιν ἀρετῆς εἰληχίας, ἢ κακίας τὴν ἐκασίον ἀρεσίαν, ἢ ἐπ' αὐτῇ ἐκάσῳ, καὶ τὸ ἐπαῖνον εἶναι ἄξιον δοκιμασθῆναι, καὶ τὸ ψόγων, καὶ ἔχουσι χώραν ἐν ἀνθρώποις ἀποδοχῆ, καὶ ἐπαῖνοι, καὶ γεῶν νεμήσεις, ψόγοι τε, καὶ ἀτιμίας, καὶ κολάσεις, τοῖς τὰ τῆς ἀδικίας ἐκτελεῖν ἔργα ἐλομένοις. Λέγουσι δὲ οἱ σοφοί, τὰς ψυχὰς βίον ἐλέσθαι, ὃν ἐθέλει ἐκάσῳ, τὴν ἐξέσιαν παρὰ τῆς προνοίας λαβῆσαι. Ἀρῶ σοι δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφαιμαρτεῖν ὁ παρ' ἡμῶν λόγος, ἢ συναγορεύσεις τοῖς σοῖς, ὡδὲ τε ταῦτ' ἔχειν καὶ αὐτὸς ἐρεῖς. εἰ δὲ οἶμαι, καὶ ἐτέρων αὐτῷ πρὸς τὸ μαρτυριῶν, Ἀλεξάνδρου παροίσω λόγους, ἀνδρὸς γεγονότος τῶν ὅτι μάλιστα παρ' αὐτοῖς ἰσχυρὸς τε καὶ ἀκριβὴς. ἔφη γὰρ ἕτως ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ· ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων, τὸ τῆς θείας φύσεως πρὸς ἡμᾶς εὐμενές· ἐπειδὴ γὰρ ἔχουσι ὅσον τε ἦν, ἐν ἡμῖν φύσει τὰς ἀρετὰς ὑπάρχειν, δεῖσα τὴν δύναμιν, ἢ ἦν αὐτῇ κυρία, τὴν κλήσιν αὐτῶν, εἰ ἐπ' ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐποίησατο, ἵνα ὅπερ παρ' ἐκείνης ἡμῖν ἔχειν ἀδύνατον ἦν, τὸ δεῖσα αὐτῶν λαμβάνειν ὡς παρ' ἐκείνης ἔχωμεν. Εἰ μὲν ἔν τὰς ἀρετὰς ἐκ φύσεως ἔχειν ἐδύναμεθα, εὐδαιμονία ἂν χώρα τῇ κακία κατελείπετο. ἐπεὶ δὲ τὸ ἀδύνατον· μέχρι γὰρ τῶ δειλικίας ἡμᾶς τῶν ἀρετῶν εἶναι, ἢ φύσις πρόεισι μόνον· ἀναγκάως πάντῳ δευτικόν τι καὶ ὡς ἐστὶ ἐναντίον, καὶ τῶ ἐναντίον δευτικόν ἐστίν. Ἐν δὲ γε τῷ περὶ εἰμαρμένης, ἔφη πάλιν· εἰ γὰρ τὰς πάντας, εὐδὲ τὰς πλείους ὁρῶμεν τὰς ἀρετὰς

ἔχοντες ὁ τῶν κατὰ φύσιν γινομένων ἐστὶ σημεῖον· ἀλλ' ἀγαπητὸν, ἕνα πρὸς λαβεῖν τοῖσδε, ὅς δι' ἀσκήσεως καὶ διδασκαλίας, δεικνύει τὴν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα, φυσικὴν πλεονεξίαν· δι' αὐτῶν προσιθεῖς τὸ ἀναγκαίως ἐνδέον ἡμῶν τῇ φύσει· διὰ τῆτο ἐφ' ἡμῶν ἐστὶ τῶν ἀρετῶν ἡ κλήσις, καὶ ἐκ ἀχρηστοῦ, ἔδὲ μάταιοι, ἔτε οἱ ἔπαυτοι, ἔτε οἱ ψόγοι, ἔτε αἱ πρὸς τὰ βελτίω προτροπαί, ἔτε αἱ διὰ τῶν βελτιόνων ἐθῶν κατὰ τὰς νόμους ἀγωγαί. Οὐκ ἔνδοιασά τις ἀνῆκισά γε τῶν ὀρθῶν φρονεῖν ἡρημένων, ὡς ἀνάτιος παντάπασιν εἴη ἂν ὁ τῶν ὅλων Θεός, τῶ μὴ εὐβεβλεῦσθαι περὶ τὴν τῶ ἀνθρώπου κατασκευὴν, καὶ εἰ γεγόνασιν ἐν παρρησίᾳ τινές, λαχόντες, ὡς ἐφην, τῆς ἐφ' ὅτι ἐν ῥοπῆς τε καὶ ἐξουσίας τῶς οἰακας, καὶ ἐκοντὶ νενευκότες ἐπὶ τι τῶν ἐξω νόμων, καὶ ἀπαδόντων αὐτῶν. Εἰ γὰρ τὸν δοθέντα νόμον τετήρηκε, προσῆν δὴ πρὸς πάντως αὐτῶ τὸ ἀκαταλήτως εὐημερεῖν. ἐπειδὴ δὲ παρεκομίσθη πρὸς ἀπόσασιν, διημάρτηκεν εὐθύς τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτῶ, καὶ κατεκομίσθη πρὸς τὰ αἰσχία, μᾶλλον δὲ πρὸς πᾶν ὅτι ἐν τῶν καταλυπεῖν πεφυκότων. Ἀλλὰ γὰρ τί ὅλως ἢ νενομοθέτηκεν φησὶ, καὶ τῶν ἐδωδύμων ἀπεσόβησε τινός; προστέταχε γὰρ, ἀπὸ παντὸς ξύλου φαγεῖν, δίχα μόνον τῶ ὄντος ἐν μέσῳ τῶ παραδείσου. Νόμος δὲ καὶ ἐντολῆς ἐκ ἐπηρημένης, ἔδ' ἂν πλημμελήσαι σιωπέβη. ἀγαθός δὲ ἂν, ἐκόλαζεν ἂν τῶ ὅτι; ἐκὼν ἐπειδή περ ἐστὶν ἀγαθός ὁ πάντων ἐπέκενα Θεός, λόγος τῶ μηδενός ἀξιῶσθαι πρὸς ἡμῶν πρέποι ἂν εἰπέ μοι τὰ παρ' αὐτῶ, νηποῦν δὲ καταφρονήσομεν; καίτοι τόγε διακείσθαι ἔτω καὶ φρονεῖν, ἔδὲ τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς ἐδόκει. Ἐφην γὰρ πρὸς Πλάτων· ὁ μὲν δὴ Θεός, ὡς καὶ ὁ παλαιός λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων, εὐθείαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῶ δὲ αἰεὶ ζυμύεται Δίκη, τῶ ἀπολειπομένων τῶ θείων νόμων τιμωρός. ὅτε τοίνυν αὐτῶ ζυμύεται Δίκη τιμωρός, ἐν δίκῃ πρὸς πάντως τῶς καταφρονεῖν ἡρημένους κολάζουσα, ἔχ' ὅτι Θεός ἀγαθός, διὰ τῆτο καὶ ἡμᾶς ἀνεπιπλήκτως ἰεναί πρὸς πᾶν. τὸ δοκῶν χρῆναί τε, καὶ πρέπειν οἰηθεῖν τις ἂν ἐννοῶντας δὲ μᾶλλον τῆς κατὰ πάντων ὑπεροχῆς τὸ μέγεθος δεδιέναι τε καὶ τοῖς παρ' αὐτῶ θεασίσμασιν εὐαφῆ καὶ εὐήνιον τὸν τῆς διανοίας ὑποφέρειν ἀυχένα. Ἄρα γὰρ ἐκ εἶναι δοίη τις ἂν, ἀγαθῶν δὲ μαλιστα,

*Aqua secundum naturam sunt; indicium est; sed optandum, unum ut reperias ejusmodi, qui exercitatione ac doctrina ostendat, quid ceteris animantibus homines natura praesent, per se adjiciens id quod natura nostra necessario deest. Propterea virtutum adeptio penes nos est, neque inutiles sunt neque vana laudes aut vituperationes, nec ad meliora adhortationes, neque per meliorum rerum consuetudinem ex legibus educatio. Minime igitur dubitauerit sapiens quisquam, omni prorsus crimine vacare Deum uniuersorum, tanquam de hominis conditione non recte consuluerit; licet prauaricati nonnulli sint, nacti, ut dixi, motionis in quidlibet ac potestatis clauum, & sponte delapsi in quippiam quod praeter legem esset, eique repugnaret. Si enim datam legem seruassent, prorsus ei licebat perpetua felicitate frui. Quando uero ad defectionem impulsus est, sua illico ipsi spes decidit, & ad turpiora, immo uero in omnia quaecunque molestiae sunt, delatus est. Verum cur omnino legem dedit, inquit, & eduli quoquam interdixit? iussit enim ut de omni ligno ederent, extra id solum quod in medio erat paradisi. Lex enim & mandatum si non impenderet, neque peccare contigisset. Bonus uero qui sit, quamobrem puniret? Ergo quia bonus est supremus omnium Deus; dic mihi, nihilne ejus mandata facere deceat? eane impune contemnemus? At eo animo esse, itaque sentire, ne Graecorum quidem sapientibus visum est. Ait enim alicubi Plato: Deus profecto, ut est uetus sermo fert, principium est finem, mediumque rerum omnium habens, recta pergit, naturam circumiens. Hunc uero semper affectatur Iustitia, eorum uindex qui diuinam legem derelinquunt. Quando igitur eum affectatur uindex Iustitia, iuste omnino, qui contemnere ausi sint, puniens, non quia bonus est Deus, propterea & nos impune in quiduis ferri oportere ac decere quisquam existimet, sed praecellentem omnia maiestatem reputantes, & metuere, & ejus edictis tractabilem ac morigeram animi ceruicem submittere. An non quibus fateatur, non decere bonum;*



malos ferre? Quanquam quid veri non habet dicere, non in aequos certe legum stimulum acui, sed in eos potius, qui studium recte faciendi abdicarint, honesteque viuendi officium abjecerint. Iis igitur fructum e legibus capere licet, qui mentis suae oram ad virtutes religarunt. Siquidem dubium esse non potest, quin leges retrahant, si quid ductu difficile sit, quodque ad defectiorem tendat poenis reprimant, adhortantes ad bonum, & a turpioribus abfistere cogentes, si qui rectam rationem abdicere a se statuerint. Neque vllus mentis compos, aut leges aut legumlatores accuset. Nec enim per eos fit, vt puniri damnatos oporteat. Cum enim recte sapere iis liceret, libidini suae obsecuti sunt, immo ipsi sibi perniciem attulisse manifesti sunt. Itaque si dicet, non decuisse Deum vniuersorum principio primoque legem sancire, vicissim a nobis & jure sane audiet: Rectore igitur, age dic, carere hominem oportuit, dimissum penitus & franco liberum, qui-que superiorem agnosceret neminem, aut qui sit qui imperet? Nimiam quippe indulgentiam fere sequitur, vt in lubrico verferis, quodque plane dissolutum est, hoc habet vt instabile sit & pessum ruat. Sapit porro magis quod sub jugo est, & in manu ejus cui imperium contigit. Quemadmodum enim non inutiles frangi equis vt recte currant, isque illis ornatus est, neque gubernacula nauibus, per ea enim cursum tenent, ita neque homini lex. Quod si ea quae dico reprehendit, frustra latas esse leges confitetur legislator ipse. A republica igitur, o bone, remouendi sunt & iudices, & ipse adeo iis qui peccare consueverunt vtilissimus metus, poenae inquam metus, aut parentum ductu quasi a portu in altum auehi liberos absurdum non est! At neque sine franco & fessore bene vnquam curret equus, neque naues cursum tenebunt, remoto eo qui regere nouit, neque id habebit ciuitas vt optime regi videatur, si iudices non praesint, neque vero inutile pueris adhuc parentum regimen. Vsquequaque igitur prodest lex praeses. Sed & ceteras creatas res inspiciamus, si videtur, an conditoris legibus subiectae sint. Magnus ergo ille & omnia illustrans Sol decenti ordine cursum suum implet.

**A** πρέπειν τὸ ἀνέχεσθαι κακῶν. Καίτοι πῶς ἐν ἀληθῆς εἰπεῖν, ὡς ἔκατὰ γε τῶν ἐπιεικῶν τὸ τῶν νόμων κέντρον ὀξυῖται, κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἷς περ ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν ἀπεσπασμένον, ἀπόβλητον δὲ καὶ τὸ χρεῖναι εἶναι ἐλευθέρως. ἔνεσι δὴ ἐν τῶν νόμων ἀπόνοσθαι, τοῖς ἀπληρητοῖσι τῶν ἀρετῶν τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὰ πείσματα. Ἐπερ ἐστὶν ἐν ἐνδοιασόν, ὡς ἀνασειράσσι μὲν τὸ δυσάγωγον, καὶ τὸ νενευκὸς εἰς ἀπόσασιν, ἀνακόπῃσι τῆς δίκης, προτρέποντες εἰς τὸ εὖ, καὶ τῶν ἀσχιόνων ἀναγκάζοντες ἀποφοιτᾶν τῆς λογισμῶν τῶν πρέποντος ἀμοιρεῖν ἡρημένους. καὶ ἐν ἂν τις αἰτιῶτο νῦν ἔχων, ἢ τῆς νόμους αὐτῆς, ἢ τῆς αὐτῶν ὀρεῖας γεγονότας. αἴτιοι γὰρ ἐν αὐτοῖς πάντως εἶεν ἂν, τῶν χρεῖναι παθεῖν τῆς ἐαλωκίας. ἔξον γὰρ ἐλέσθαι τὸ φρονεῖν ὀρθῶς, ὄχοντο πρὸς τὸ δοκεῖν. σφᾶς δὲ δὴ μᾶλλον αὐτῆς διολωλοκότες αὐτοῖ, καταφωραθεῖεν ἂν. Οὐκ ἐν εἰ λέγοι μὴ δὴ χρεῖναι θεσμοθετεῖν τοῖς ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρώτοις τῶν ὅλων Θεόν, πρὸς ἡμῶν ἀντακίσεται, καὶ μάλα εἰκότως ἀνεπιστάτητον ἐν, εἰπέ μοι, τὸν ἀνθρώπον εἶναι χρεῖν, ἀφ' ἑτοῦ ὀλοτρόπως καὶ ἐξήνιον, καὶ ἔδεν εἰδότες τὸ ὑπερτεροῦν, ἢ καὶ τις ὀκράτων ἐστὶ καίτοι τῆς ἀγαν εὐθηνίας ἐπέλα πῶς αἰετὸ σφαλερῶς ἔχειν, καὶ τὸ ἀνεμῆνον εἰσάπαν, δεινὸν ἐμποιῆσαι κλόνου καὶ ἀποφορᾶν εἰς ἐξήληθας. σωφρονεῖ δὲ μᾶλλον τὸ ὑπὸ ζυγᾶ, καὶ τὸ ὑπὸ χεῖρα τῶν κρατεῖν εἰληχότος. Ὅν περ ἄν τρόπον ἐκ ἀσυντελή τοῖς ἵπποις τὰ χαλῶα πρὸς τὸ εὐδρομεῖν εἰδέναι, καὶ τῶτο κόσμος αὐτοῖς, ἔτε μὴ ναυσὶ τὰ πηδάλια κατευθῦν ἢ εἰλασκοποῖς δι' αὐτῶν. ἔτως ἔδεν ἀνθρώπων νόμος. εἰ δὲ οἷς ἔφην ἐπιμᾶ, τῆς νόμους τεθεῖσθαι μάτην ὀμολογεῖ, καίτοι γεγωναῖ νομοθέτης αὐτός. Χρῆ ἐν, ὡς πανάρισε, καὶ δικαστῆς τῶν κοινῶν ἀποσηῖσαι πραγμάτων, καὶ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ τοῖς εἰωθόσι πλημμελεῖν ἐπωφελές αἶον δῆμα, τὸ ἐπεὶ τε φημὶ τῶν κολάζεσθαι δέν, ἢ τάχα πᾶ καὶ γονέων παιδαγωγίαν ἀποσαλεύσαι τῆς παιδίας, τὸ ἀτόπων ἔδεν. ἀλλ' ἔτ' ἂν ἵππος εὐδρομήσει ποτὲ χαλῶα καὶ ἐπίδατῃ δίχα, ἔτε μὴν αἰ νῆες κατ' εὐθῦ δραμῆλαι σκοπεῖ τῶν διιθύνειν εἰδότες ἔξηρημένους, ἔτε μὴν πόλις διακεκλήσειαι τόγε ὡς ἀριστα διοικεῖσθαι δοκεῖν, δικαστῶν ἐν ἐφεσηκότες ἔτε μὴν ἀχρεῖος τοῖς ἐτινηπίοις, τὸ γεγεννηκότες ἢ παιδαγωγία. Πανταχῆ τοιγαρῶν ὀ ἐφεσηκὸς ἀνύησιν νόμος. πολυπραγμονήσωμεν δὲ εἰ δοκεῖ

ἢ τὰ τῶν κλισμάτων ἕτερα, εἰ μὴ τοῖς τῶν δημιεργήσαντος καλεζεύχθη νόμοις. Ἐν κόσμῳ μὲν γὰρ τῷ δέοντι, τὸν οἰκῆιον δρόμον ἀποπληροῖ, ὁ μέγας ἔτος ἢ παμφοῆς ἥλιος, ἢ μὴν ἢ Σελήνη, ἢ τὰ λοιπὰ τῶν ἀστέρων. ὥρα ἢ ἀνίσχουσι τελευτήμενος, ἡμέρα τε ἢ νύξ. ἔξ ὧν τοῖς ἐθέλουσιν ἐνεσιν ἰδεῖν ὡς διὰ τῆς ἀρίστης τάξεως τὸν ἑαυτῆς ταξίαρχον ἢ κλίσις ἀναβοᾷ. ἢ δι' ὧν ἔχει μονορχὶ καὶ κέντρα γεν, ὅτι καὶ εἶκει νόμοις ἢ τοῖς ἀρρήτοις τῶ πάντων ἀριστοτέχνης Θεῷ διοικείται νεύμασι. ψάλλει γὰρ ὁ προφήτης Δαβὶδ ἢ Φησὶν· ἐποίησας σελήνην εἰς καιρὸς. ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτῶ. καὶ μετῆ μὲν τῶν τοιούτων μαρτυριῶν ἢ θεόπνευτος γραφή. Πείσει δὲ ἴσως αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἢ ἔχ ἑκόντα περὶ πρὸς τὸ εὐθύ τῶν ὁμοδόξων ἢ πίσις. Ἀλέξανδρος τοίνυν ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ἐν τῷ περὶ Προνοίας Φησὶν ἔτως· μηδὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γίνεσθαι χωρὶς προνοίας. πάντα γὰρ εἶναι μετὰ τῶ θεῶ καὶ διὰ πάντων αὐτὸ διήκει τῶ ὄντων. διὸ ἢ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι κατὰ βέλησιν τῶ Θεῷ, ἢ τῶτο μαρτυρεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν φαινομένων. ἢτε γὰρ τῶ γινόμενων τάξις, φύσει αἰεὶ παραπλησίως ἔχουσα, μέγας ἔλεγχος τῶ μὴ κατὰ ἴσχυρταῦτα γίνεσθαι. ἢ μὴν ἢ ἐτέρωθι τὴν γὰρ τῶν ἐνλαῦθα σωτηρίαν τε ἢ γενέσιν, ἢ κατ' εἶδος αἰδίου διαμονῆν, ἢ ἀνευ θείας προνοίας Ἀεισπέλης Φησὶ γενέσθαι. ἢ γὰρ ἀπὸ τῶ ἥλιος ἢ τῶν ἄλλων ἀστέρων τῶ ἥλιος συννόμων δυνάμεις κατ' αὐτὸν, τῆς γενέσεως τοῖς φύσει συσσωσῶσι ἢ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, ἔχει τὴν αἰτίαν· ἐκὼν ὡς ἀπὸ γε τῆς ἐν τοῖς ὄρωμένοις εὐταξίας ἢ ἐμμελῶς κινήσεως εἴη ἂν ἢ ἀσυμφανές, ὅτι τοῖς τῶ κροῖσθαι ὑπέρευκται νόμοις. οἱ ἔρανοι γὰρ, Φησὶ, διηγῶνται δόξαν Θεῷ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτῶ ἀναγγέλλει τὸ σερῶμα. Ἐἰ ἢ δὴ τις τοῖς ἐσωλάτω ἢ εἰς νῦν ὀφθαλμοῖς ὑπεράλλοιλο μὲν τῶν ἐν ἀσθήσει τὴν φύσιν, ὑπερφέροιο δὲ πάντως ὄρωμένω, ἢ τὴν νοητὴν τε καὶ ἐπισηλὴν περὶ ἐργάζοιλο κλίσις, καὶ αὐτὴν ἐνυρῆσει νόμοις τοῖς καθήκονσι διοικημένην, εὐπειθῆ δὲ καὶ εὐάγωγον, καὶ Θεῷ τῶ ἐπὶ πάντας ὀλοτρόπως ἀνακειμένην. Δεικνύσθαι γὰρ αὐτῶ ἢ ἀκαλαλήκτοις δοξολογίας καλαγεραῖσθαι, ἀγγελοῖ τε ἢ ἀρχαγγελοῖ, τὸ ἴσθαι εἰς παρῶσθαι εἰς εὐκλείας δυνάμεις ἔχουτες. Καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας ἐωρακέναι Φησὶ τὸ κύριον σαββαῶθ καθήμενον ἐπὶ θρόνῳ ὑψηλῶ ἢ ἐπηρμένω, κύκλω τε περιεσῶτα τὰ Σεραφίμ, καὶ ἀμοιβαδὸν ἀλ-

A Sed & Luna, & reliqua sidera, tetra-  
staresque ordinate redeunt, & dies &  
nox; unde cuius videre licet, ut opti-  
mo ordine ductorem suum creatura,  
prædicet, & bono illo statu tantum non  
vociferetur, se etiam legibus parere, &  
optimi rerum Opificis nutu regi. Ca-  
nit itaque vates David & ait: *Fecisti* Plal. 103.  
*Lunam in tempora. Sol cognovit occa-  
sum suum.* Et plena quidem ejusmodi  
testimoniorum diuina Scriptura est. Sed  
B ei fortasse persuaserit, immo vel nolen-  
tem in rectam viam conuerterit, eo-  
rum qui pariter cum illo sentiunt fi-  
des. Alexander itaque eximia vir doctri-  
na in libro de Prouidentia sic ait: *Nihil  
enim eorum quæ in mundo sunt, citra  
prouidentiam fieri. Deo enim plena om-  
nia, perque omnia eum ire, quæcunque  
sint: quare & quæ fiunt, omnia ex Dei  
fieri voluntate, eique rei esse argumento  
quæ cernantur. Eorum enim quæ fiunt  
C ordo, natura semper eodem se modo ha-  
bens, magno indicio est non fortuito ea  
fieri.* Et alibi: *Nam eorum quæ hic fi-  
unt, salutem, & generationem, & in sua  
specie permansionem, non sine diuina pro-  
uidentia fieri Aristoteles affirmat. Nam  
quæ a Sole & cæteris Solis sociis sideribus  
vis est, per ipsum, generationis iis quæ  
natura consistunt, & salutis ipsorum,  
D causam præbet.* Ab ordine igitur & con-  
cinnno motu eorum quæ videntur, haud  
obscurum est, Imperatoris ea legibus  
subesse. *Celi enim, inquit, enarrant  
gloriam Dei, & opera manuum ejus an-  
nunciat firmamentum.* Quod si quis inti-  
mis ac mentis oculis, eorum, quæ sen-  
sibus patent, naturam transfiliat, & su-  
pra omne adspectabile feratur, & quæ  
sub intellectum ac scientiam cadit, crea-  
turam perscrutetur, eam quoque con-  
E gruis legibus regi comperiet: obedi-  
entem vero ac morigeram, & Deo, qui  
supra omnes est, dicatam. Ipsi enim  
feruunt, & eum perpetuis hymnis ve-  
nerantur Angeli & Archangeli, & quod  
sincere se exhibent, pro laudandi faculta-  
te, habent. Et sane diuinus propheta  
Esaïas vidisse ait *Dominum exercituum* Efa. 6.  
*dentem in throno alto & excelso, & circum-  
stantes Seraphim, & alternis sibi, hymnis*

*accidenter. Pfallit quoque David & ait: Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ut audiant vocem sermonum ejus. Benedicite Domino omnes virtutes ejus, ministri ejus, facientes voluntatem ejus.* Non igitur generis nostri principibus a Deo data lex detrimento manifeste illis fuit: multum vero abest, sed summae potius utilitati, & eximiorum bonorum conciliatrix. Quod si cui minus videor veritatem constituere, a rebus ipsis negotium inspiciat. Multa quippe in paradiso erant, & omnia quidem ligna praecepit esui ut haberent, id vero solum, quod in medio erat, deuitarent. Tametsi dixerit quispiam, utilius fuisse fortasse, in extremo paradiso, ac velut ignotis locis, cujus esu interdictum erat, lignum seponi, ut ne assiduo aspectu cernentium cupiditates ad sui appetitionem acueret. Quid autem ad haec dicemus? Dispensatio erat, eaque providentissima, summaeque artis, quod fecit Deus, ut neque latere id posset. Decebat enim, decebat, qui ipsum spectarent, eo ipso, in legis semper memoriam vocari, & imperatoris excellentiam agnoscere, & legislatorem eum ac dominum esse non ignorare. Et erat alioqui non inutile tam minutis rebus obedientiam subinde meditari, & ad temperantiam exercitari. Quin hoc quoque illis addendum sit. Erat enim æquum valde, qui plantam vsque viderent, & legem de ea non ignorarent, in jugem memoriam ejus qui mandarat Dei reuocari, neque ad diuinum ejus aspectum resilire, & abducta cogitatione a terrestribus, quis & quantus esset qui praeceperat, meditare reputare. Dei autem contemplatione præcellentius fieri nihil potest, quando supremæ beatitudinis res ea nos participes facit. Et sane Dominus noster Iesus Christus, ad eum qui in caelis est, Deum ac Patrem loquens, *Hec est, inquit, vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Et quidem sapientissimus Moses ejusmodi rei tantæ potiri cupiens Deum obsecrabat: *Si inueni gratiam apud te, ostende mihi teipsum, ut cognoscam te.* Vidit enim eum Israel, cumque iis Moses,

*Αλήλοις ἀναφώνησα τὰς ὑμνωδίας. ψάλλει δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ, καὶ Φησὶν· ἐυλογεῖτε τὸν κύριον πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιῶντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τὰς ἀκτῆσιν τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. ἐυλογεῖτε τὸν κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λεῖψοι αὐτοῦ, ποιῶντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. Οὐκ ἔν τὸ δεδοῶσ τοῖς γενάρχασι τὸν παρὰ Θεοῦ νόμον, γέγονεν αὐτοῖς ὁμολογημένως πρὸς ζημίαν μὲν ἡμισία γε, πολλὰ τε καὶ δεῖ, πρὸς ὠφελείας δὲ μᾶλλον τῆς ἀνωτάτω, καὶ τῶν ἐξαρέτων αὐτοῖς πρόξενον ἀγαθῶν. Καὶ εἰ μή τω δοκῶ πρεσβεύειν τὸ ἀληθές, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁράτω τὸ χρεῖμα: πλείσα μὲν γὰρ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ τὰ ξύλα, προσέταχε πάντα μὲν ἔχειν ἐδώδιμα, τὸ γε μὴν ἐν μέσῳ μόνον παραλείδαι. καί τοι φαίη τις ἂν, ὡς ἦν τάχα πρὸς λυσιτελέερον, ἐν ἐσχατιαῖς τῶ παραδείσῳ, καὶ οἷον ἐν τόποις ἔκ ἐγνωσμένοις τὸ ἀποπεφασμένον εἰς βρώσιν ἀποθεῖσθαι ξύλον, ἵνα μὴ τῷ φαίνεσθαι διὰ παντὸς καταθήγη πρὸς ἔφεσιν τὴν ἐφ' αὐτὸ τὰς τῶν ὀράων ἐπιθυμίας. Καὶ τί πρὸς τῶτο ἐρῶμεν; οἰκονομία τις ἦν, προμηθευάτη τε καὶ εὐτεχνευάτη, μηδὲ χρεῖναι λαθεῖν αὐτὸ, πεποιηκότῳ Θεῷ. ἔδει γὰρ ἔδει, τὰς θεωμένους αὐτὸ δι' αὐτοῦ δὴ τῶτο πρὸς ἀνάμνησιν αἰεὶ καλεῖσθαι τῶ νόμου, καὶ τὴν τῶ πρατῶντος ὑπεροχὴν εἰδέναι, καὶ νομοθέτην αὐτὸν καὶ κύριον ὄντα, μὴ ἀγνοεῖν ἦν δὲ καὶ ἐτέρως ἔκ ἀσωτελέε εἰς ὄνησιν, τὸ δὴ χρεῖναι τέως τοῖς ἔτω μικροῖς ἐμμελετᾶν τὸ εὐήνιον, καὶ διαγυμνάζεσθαι πρὸς ἐκράτειαν, καὶ πρὸς γε δὴ τῶτο κακείνο οἶμαί πε δεήσει λέγειν. ἦν γὰρ δὴ καὶ μάλα εἰκὸς, αἰεὶ τὸ φυτὸν ὀράωντας αὐτοῦ, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ νόμον ἔκ ἠγνοηκότας, εἰς ἀνάμνησιν αἰεὶ καλεῖσθαι τῶ παρεγγύησαντος Θεοῦ, ἔτω τε ἀναπιδᾶν εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ θεωπλίαν, καὶ τῶν ἐπιγείων ἀνακομίζοντας τὴν διάνοιαν, τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ προσελαχὼς ἐμφρόνως διαλογίζεσθαι. γένοιτο δ' ἂν ἔδεν τῆς ἀληθείας ἐπὶ Θεῷ θεωρίας τιμαλφότερον, ἐπεὶ περ ἡμῖν τῆς εἰς λῆξιν μακαριότητος ἐμποιεῖ τὸ χρεῖμα τὴν μέθεξιν. Καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἴασις πρὸς τὸν ἐν τοῖς ἔρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν διαλέξεις ποιούμενος, αὐτῆ, Φησὶν, ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκω σὶ σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέσειλας Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ μὴν καὶ ὁ πάνσοφος Μωσῆς τῶ τοιῶδε τυχεῖν γλιχόμενος ἐλιπαρῶ λέγων. εἰ εὐρηκα χάριν παρὰ σοὶ, ἐμφάνισόν μοι σε αὐτὸν γινώσκω σὶ σε. τεθέσθαι μὲν γὰρ ὁ Ἰσραὴλ αὐτὸν, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Μωσῆς*

Psal. 102.

Joan. 17.

Exod. 33.

ἀλλ' ἔπω γνωσῶς, ἀδητῶς δὲ μάλλον. κα-  
ταβέβηκε γὰρ ἐν εἰδει πυρός, ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ  
Σινᾶ. Ὅτι δὲ ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος φύσις, ἔτε  
αὐλόχημα νοεῖται πῦρ, ἔτε μὴν ὑποφέροιο  
ἀν ὅλως ὁράσει καὶ ὀφθαλμοῖς, πεπληροφόρη-  
κεν ὁ Χριστὸς εἰπὼν τοῖς Ἰουδαίοις πρὸς τὸ θεῶν  
καὶ πατρὸς ἔτε Φωνὴν αὐτῶ ἀκηκόατε, ἔτε  
εἶδος αὐτῶ ἐώρακατε. ἐπλάττετο γὰρ οἰκονομι-  
κῶς ἐν πυρὶ τὸ θεῖον. Ὅτι δὲ τῆς ἀνωτάτω πα-  
σῶν ἐνημερίας πρόξενον τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις εἴη ἀν-  
τῆς ἀκριβοῦς θεοπλίας τὸ χρῆμα, καὶ τῶν πρὸς  
ἡμᾶς ἑτερογνωμόνων, ἐκδείξειαν οἱ λόγοι. Ἐφη  
γὰρ πάλιν ὁ μνημονευθεὶς ἡμῖν ἀρτίως Ἀλέ-  
ξανδρος ἀξίον δὲ μηδὲ ἐκείνο παραλιπεῖν, τὸ  
καὶ αὐτὸ παρα τῆς θείας προνοίας τοῖς ἀνθρώ-  
ποις δωρημένον, ἔ καὶ διὰ τῶν ἤδη προειρη-  
μένων ἐπ' ὀλίγον ἐμνημονεύσαμεν. ἔσι δὲ τῶτο  
ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, τὴν ἀκροτάτην ἡ-  
μῖν εὐδαιμονίαν κείσθαι, ὡς μὴ μισθὸς ἔξωθεν  
τινας παρ' αὐτῶ, διὰ τῶτο περιμένειν, ἀλλ' ἐν  
τῇ θεραπείᾳ τῇ πρὸς τῶτο, τῶ μεγίστῃ τῶν ἀγα-  
θῶν τυγχάνειν. ὁμολογεῖται μὲν ἐν τὸ εὐδαι-  
μονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἔχειν τὸ κεφάλαιον ἐν θεω-  
ρίᾳ. τῆς γὰρ τιμιωτάτης τῆς ψυχῆς δυνάμεων  
ἢ τις ἐστὶν ἢ κατὰ τὸν νῦν ἢ δὲ ἐνέργεια. θεωρία γὰρ  
ἐστὶν ἢ τῶν ἐν τοῖς ἔσιν ἀρίστων ἀληθείης γνώσις.  
ἀριστα δὲ τῶν ὄντων ἀπάντων τὰ θεῖα. ἐν τῇ τῶν  
θεῶν ἄρα γνώσει τὸ εὐδαιμονεῖν ἡμῖν. Ὅτε τοί-  
νυν κατὰ καὶ αὐτοὶ φασὶν οἱ ἰσογνώμονες τε αὐ-  
τῶ καὶ σιωδισιδαίμονες, τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστὶν  
ἐν τῇ τῶν θεῶν θεωρίᾳ, πῶς ἔκ ἂν τις ὑπερ-  
αγάσαστο τὸν τῶν ὅλων θεὸν, θεοπλίας ἀφορ-  
μὴν τοῖς πρώτοις δωδωκότα τὸν ἐπὶ τῶ ξύλω  
νόμον. ὁ καὶ ἐν μέσῳ τῶ παραδείσῳ πεφύτευτο;  
διὰ τοι τὸ χρῆμα καὶ μάλα συχνῶς εἰς ἀνάμνη-  
σιν τῶ νόμου καλεῖσθαι τῶ θεωμένους. καὶ διὰ  
γε τῶ νόμου τῶ θεμένους τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὸ  
ἐξάρτεον κάλλος ἀείπῳς διαφανιάζεσθαι. Οὐκ ἔν  
τό γε ἦκον εἰς τὸν σκοπὸν τῶ δημιουργήσαντος, ἔ  
πρὸς ζημίας τινός, ἢ βλάβης, γεγονόν τῶ ἀν-  
δρὶ τὸ γνῶμα καλαθεῖσθαι τίς ἂν. ἔτε μὴν φα-  
μὲν ἠγνοηκέναι τὰ ἐσόμενα τὸν ἀκήρατόν τε καὶ  
ὑπὲρ πάντα νῦν. ἀλλ' οἶδε μὲν τὰ πάντα πρὶν  
γενέσεως αὐτῶν, ἔναι δὲ ὡς περ καὶ ῥῶν ἐφίησι τὰ  
ἀνθρώπινα, μάλιον ὅτι τῆς ἐκάστῃ προαιρέσεως  
ἀπηρτημένον ὁράται τὸ δράσαι τι τὸ τυχόν, ἢ μὴ.  
Ἐι δὲ ἐπέιπερ ἐστὶν ἀγαθός, καὶ ἀπληχθιμένον ἀεί,  
ποιεῖσθαι φιλεῖ τὸ ἡμοιορηκός τῶ πρέποντι, καὶ

A sed nondum ita ut agnosceret, sed fen-  
toret potius. Descendit enim specie ignis  
in montem Sina. Quod autem diuina &  
arcana natura neque re ipsa ignis intel-  
ligatur, neque aspectui aut oculis subji-  
ciatur, confirmavit Christus, cum de Deo  
& patre dixit Iudæis : *Neque vocem ejus* Joan. 5.  
*audistis, neque formam ejus vidistis.* Fin-  
gebatur enim per dispensationem in-  
igni Deus. Quod autem supremæ om-  
nium felicitatis, qui modo eam ca-  
pere digni sint, accurata Dei contem-  
platio conciliatrix sit, vel eorum qui  
a nobis dissentiant oratio demonstret.  
Rursum enim ait is, cujus modo mentio-  
nem fecimus, Alexander : *Neque vero*  
*id pratermitti æquum est, quod ipsum,*  
*etiam hominibus diuina providentia mu-*  
*nere datum est, cujus etiam in superio-*  
*ribus nonnullam mentionem mouimus. Id*  
*autem est, in pietate aduersus Deum,*  
*summam nobis felicitatem esse positam, ut*  
*ne mercedem aliunde ab ipso expectemus,*  
*sed in ejus cultu bonorum maximum con-*  
*sequamur. Confessum igitur est, felicitatis*  
*hominibus in contemplatione caput esse.*  
*Nam inter anime facultates, prestantis-*  
*sima, que in mente est, hac operatio est.*  
*Contemplatio quippe, cognitio vera est eo-*  
*rum que in rebus sunt optima. At omnium*  
*optima diuina sunt. In diuinorum ergo*  
*cognitione felicitas nobis est.* Quando  
ergo, ut vel ipsi ajunt ejus opinionis so-  
cii & superstitionis populares, in diui-  
norum contemplatione beatitudo ver-  
satur: quis est, qui Deum vniuersorum  
non supra quam potest miretur & a-  
met, qui Dei contemplandi primis ho-  
minibus legem de ligno dederit? quod  
& in medio erat paradiso situm, quia  
in legis recordationem subinde vocari  
intuentes oportebat, perque legem  
certe latoris majestatem & præcullen-  
tem pulchritudinem assidua cogitatione  
vsurpare. Non ergo quantum ad con-  
ditoris consilium attinet, damno cui-  
quam aut noxæ viro fuisse muliercu-  
lam quisquam putauerit. Neque vero  
dicimus, futura ignorasse sinceram & re-  
rum supremam mentem. Nouit quip-  
pe omnia, priusquam fiant: ire autem  
veluti secundo amne res humanas finit,  
quia pendere a cujusque arbitrio cerni-  
tur, ut agat quidlibet, aut non agat. Si  
vero, quia bonus est, & semper odif-  
se solet, siquid ab officio alienum est,

& ad id quod vſus eſt, tardum fuiſſe ſtatuat melius, neque in lucem venire quosdam initio ſinere, non de primis, opinor, ſolis cum eo expoſtulabimus, ſed de aliis quamplurimis, immo vero de omnibus, quotquot & poſt illos fuerunt & adhuc ſunt ignaui & improbi, & diuinas leges negligere ſoliti: ſed ſapientis, opinor, fuerit, ipſi quidem & ſoli tribuere, vt ſciat omnia, & res noſtras pro ſuo arbitratu regat. Certiſſime autem credere, recte omnia & inculpate ſe habere, eumque proſus de re quacunque inculſare, crimen habet ſummæ impietatis. Nam vt ait propheta Eſaias: *Quis nouit mentem Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Sane autem bene Dauid ad eum Propheta clamat & ait: *In mari via tua, & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognofcentur.* Aſpectu enim difficile hominibus, immo proſum inafpectabile eſt, de ſingulis rebus noſtris conſilium ac voluntas, & eorum quæ fiunt via, rectoris omnium Dei. Attexam porro iis quæ memorauim, & magiſtrorum eius in ea ipſa re conſenſionem. Sic enim de nouo Porphyrius dixit: *Cum enim diuina mens ſit, quæ omnibus rebus præſit, & exuperante ſapientie magnitudine, ac potentie proprietate incomparabili, vniuerſa ordinarit & regat, pleraſque cauſas late-re hominum mentem, parua quippe, quamuis ſapienter videatur & veritatis indagatrix. Piam vero, ſi & eorum de quibus dubitat difficultatem perſequitur, obloqui non audere, bene autem eſſe vt ſunt, & ſentire, & prædicare, quodque bene ſint, ideo facta eſſe vt ſunt. Quid enim mens tanta atque talis, perperam facit? nec fas eſſe prudentiam noſtram facere, eius quod bene eſt cenſtricem, & imprudentiam eius quod male.* Minime igitur aberit a prudenti ratione, quæ a Deo ſunt, recte facta eſſe omnia & putare & dicere; impium vero funditusque reprobum, curioſe ſectari velle, quæ nunquam aſſequamur: quin potius emicent vltra meſuram & cogitationem noſtram. Ad-dit iis quæ dixi, & alia quadam aſſuit omnificius Iulianus.

ſai. 40.

ſal. 176.

Α τὸ ράθυμον εἰς τὸ χρεῶν, ὡς ἦν ἄμεινον, δι-  
 ρίσατο τις· εἰδὲ παρελθεῖν εἰς γένεσιν τὴν ἀρ-  
 χὴν ἐφείναι τισὶν, & ὡς μόνων, ὡς γε οἶμαι, τῶν  
 πρώτων ἐγκαλέσομεν αὐτῶ, περὶ πλείων δὲ  
 ὄσων ἐτέρων· μᾶλλον δὲ περὶ πάντων τῶν ὄσων  
 καὶ μετ' ἐκείνης γεγόνασι, καὶ εἰσὶν εἰς δεῦρο,  
 ράθυμοί τε καὶ ἀλίηλοι, καὶ τῶν θείων νόμων  
 ἀλογεῖν εἰωθότες· ἀλλ' οἶμαι σοφὸν εἶη ἂν τῶ  
 αὐτῶ μὲν καὶ μόνω τὸ εἶδεναι τὰ πάντα νέμεν,  
 διοικεῖν δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς, καθ' ὃν ἂν ἐλοῖτο τρέ-  
 πον. Πεπλήροϋσθε δὲ, ὅτι πάντα ὀρθῶς τε  
 καὶ ἀνεπιπλήκτως ἔχετε, καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν αὐτῶ  
 περὶ ὅτι εἶν ὅλως, τῆς ἀνωτάτω δυσεβείας ἔ-  
 χει τὴν γραφὴν· ὡς γὰρ ὁ προφήτης Ἡσαΐας  
 φησὶ τίς ἐγνω νῦν κυρίως, ἢ τίς σύμβελλε αὐ-  
 τῷ ἐγένετο; εἰ δὲ δὴ σφόδρα ὁ προφήτης Δα-  
 βὶδ ἀναφθέγγεται, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· ἐν τῇ  
 θαλάσῃ αἱ ὁδοί σου, καὶ αἱ τρίβοί σου ἐν ὑ-  
 दाσι πολλαῖς, καὶ τὰ ἵχνη σου εἰς γνωστῆσόν σου.  
 δυσνάτοπλος γὰρ ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ καὶ ἀ-  
 ποπλήτῳ πάντελῶς εἶη ἂν, ἢ ἐφ' ἐκάστῳ τῶν καθ'  
 ἡμᾶς, βεβλήτε καὶ θέλησις, καὶ αὐτῇ δὲ τῶν ποι-  
 κμένων ἡ ὁδὸς, τῶ πάντων κράτιστος Θεὸς.  
 Προσεποίησα δὲ οἷς ἔφη καὶ τῶν αὐτῶ διδασκά-  
 λων, τὴν ἐν γε δὴ τῶ στυγνῶσιν. ἔφη γὰρ  
 ὁ Πορφύριος ἔτω πάλιν νῦν γὰρ ὄλος θείας, τῶ  
 ὄλων προεσώτῳ, καὶ σοφίας ὑπερβάλλουσι  
 μεγέθει, δυνάμει τε καὶ ἀπαραβλήτῳ ιδιότη-  
 τι, τὸ πᾶν διαλάσσει καὶ διοικεῖ, λα-  
 θάνει μὲν τὰς πολλὰς αἰτίας, μικρὸν ὄντα τὸν  
 ἀνθρώπινον νῦν· καὶ σοφὸς εἶναι δοκῆ, καὶ ἐρευ-  
 νηλὴς τῆς ἀληθείας. εὐσεβὲς δὲ εἰ καὶ μεθήσει  
 τῶν ἀπορρομένων τὸ δυσερευνῆτον, βλασφημεῖν  
 μὲν μὴ τολμᾶν, καλῶς δὲ ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ ἡγεῖ-  
 σθαι καὶ λέγειν· καὶ ὅτι διὰ τὸ καλῶς ἔχειν ἂν  
 ἔτως γέγονεν ὡς γέγονε. τί γὰρ ἂν νῦν τοσούτος  
 καὶ τοιούτος παρανόμως ἔδρασε; ποιῆσθαι δὲ μὴ  
 χρῆναι θεμιτὸν εἶναι τὴν ἡμετέραν στυγῶσιν τῶ κα-  
 λῶς ἔχοντος ἐξελαστικῆν, καὶ τὸ ἡμῶν ἀσυνέτον  
 τῶ κακῶς. Οὐκ εἶν τῶν ἐπὶ φρονήσει λόγων ἀ-  
 μοιγήσειεν αἰετὴν ἡμιστά τε τὸ δεῖν ὀρθῶς οἰεσθαι τε  
 καὶ λέγειν πεπραχθαι πάντα τὰ παρὰ Θεοῦ.  
 ἀνόσιον δὲ καὶ πάντελῶς ἀπόπεμπλον τὸ περιερῆ-  
 ζεσθαι φιλεῖν τὰ ὧν εἴη ἂν γένοιτο τίς πρὸς ἡ-  
 μῶν ἢ θῆρα· διαθεῖ δὲ μᾶλλον ἐπέκεινα μέτρος  
 καὶ διανοίας, τῆς ἐν ἡμῶν. Προσεπάγει δὲ οἷς ἔφη,  
 καὶ ἕτερα ἅπαντα συνείρων εὐθὺς ὁ πάνσοφος  
 Ἰουλιανός.

## ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τὸν γὰρ ὄφιν τὸν πρὸς τὴν Ἐυαν διαλεγόμενον, ποδαπῇ τινὶ φήσομεν χρῆσθαι διαλέκῳ; ἢ ἀναθρώπειά; καὶ τί διαφέρει τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι πεπλασμένων μύθων τὰ τοιαύδε;

## ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἴδὲ δὴ πάλιν τοῖς ἀληθέσιν ἐπιμίᾳ, καὶ μύθοις αὐτὰ προσεικέναι φησὶ τοῖς Ἕλλησιν. Οὐδὲν ἔν ἄρα σαφῶς μύθος τε ὄντας, καὶ γρασπρεπῆ τερεῖσμάλα, καὶ ἕτερον ἔδεν, ἢ καὶ φρονεῖν ἀξιοῖ, καὶ εἰς θεησκείας ποιεῖται δυνάμιν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε, ὡς τῶν, ἐτέρο φάμεν περὶ τῆς ἀγίας καὶ θεοπνεύστης γραφῆς. μυθικὸν γὰρ ἐν αὐτῇ πάντεσσι ἔδεν ἀληθείας δὲ τὰ πάντα μεμέστωλα. θαυμάζω δὲ ὅτι, καὶ τοῖς ἰσχνὸς ὦν ἄγαν, καὶ μαθημάτων, ὡς γέν ὀείλα, καὶ φησὶν, ἐσώλεικων ἐν ἀνήκοῳ, καὶ παρὰ τῶν ἀσθητῶν ἔσθ' ὅτε τὸν νῦν ἐνίεις, ἐσωήκειν, ὅτι τῇ τῆ πονηρῆ τε καὶ ἀρχεκάκῃ δαίμονῳ ἐνεργεία γέγονεν ἢ φωνῇ προκαλύμμα τῆς ἐνέσης αὐτῷ σκαιοτήτος πεικνόμενος τὸν ὄφιν. Ζῶς γὰρ τὸ τῆνικάδε λογικῆ μὴ ὄντος ἐτέρῃ ἐξ ἀπλότητος τῆς ἄγαν, ὡς τῆ τὸ γυνάμιον τάχα πρὸς καὶ ἐτέροις ζώοις δεδόσθαι ἀθρώπειά δυνάσθαι κεχρησθαι φωνῇ. Ὅτι δὲ χαλεπὸν ἔδεν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, τὸ καὶ ἔσθ' ὅτε τισὶ τοῖς τοῖς ἐπιχειρεῖν, μάλιστ' ἀξιοχρεῶς τε καὶ μόνος τῆ Μωσέως ὁ λόγος, εἰς τε τὸ χρῆσθαι πληροφωρεῖν. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς τῆς τὰ αὐτὰ φρονεῖν ἠρημένους, τῆ καλασκώπλονι τὰ Χριστιανῶν, μὴ ἂν ἐθελήσαι, τοῖς πρὸς ἡμῶν σωμαίνεσαι λόγοις. Φέρε τὰς αὐτῶν πολυπραγμονήσαντες ἰσορίας, ὡς ἐνι, τὸ χρῆμα καλαδεικνύωμεν. Ὅμηρος μὲν ἔν τὰ τοῖς Ἕλλησι πεποιημένα, κατὰ τὴν Τροίαν σωλήθεις, ἕνα τῶν Ἀχιλλέως ἵππων, Ξάνθῳ ἔτῳ ἦν, καταμαντεύσασθαι τοῖς θάνατον ἰσχυρίζεσθαι, φάσθαι τε τὸν Ἡρω.

Ξάνθε, τί μοι θάνατον μαντεύσας;

Καλῆ μέλησε δὲ ἡκιστά τε, τῆ μὴ διεψεῦσθαι δοκεῖν. ἔφη γὰρ, ὅτι

Ἀυδήντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἡρη.

Προβαλεῖται δὲ ἴσως, τὰ σωλήθη πάλιν, καὶ μυθολογίαν ποιητικὴν εἶναι τὸ χρῆμα ἐρεῖ. ἔκιν, εἰ δοκεῖ, καλεῖσθαι μὲν τῶν Ὁμήρου ποιημάτων τὸ ψεῦδος. καὶ κα-

## A IULIANVS.

Nam serpentem, qui cum Eua loquitur, quo tandem usum sermone dicemus? an humano? Quid a fictis Græcorum fabulis ista differunt?

## CYRILLVS.

En rursus vera incessit, & Græcis ea fabulis similia esse dicit. Compertum igitur habet & fabulas esse, & anicularum garritus, nihilque aliud, ea quæ & rata habet, & in religionis vim trahit. Sed nos, o bone, nequaquam istud de sancta & diuinitus inspirata scriptura dicimus. Fabulosum namque in ea profus nihil: veritatis plena sunt omnia. Miror autem quod, acutissimus licet, & intimarum, ut ipse opinatur & prædicat, disciplinarum non imperitus, & extra res sensuum mentem aliquando attollens, non intelligat, improbi & malorum principis dæmonis efficacia factam esse vocem malignitatis suæ prætextum serpentem obtendentis. Quum enim rationis particeps tum animal aliud non esset, per nimiam simplicitatem rata est muliercula forsitan & aliis animalibus datum esse vocis humanæ usum. Quod autem immundis spiritibus difficile non sit talia interdum aliqua moliri; vel sola Mosis verba idonea sunt, quæ fidem plenissimam faciant. Sed quia verisimile est, qui ex eadem sint hæresi, qua iste rerum Christianarum obtrectator, orationi nostræ non assensuros, age excussis istorum historiis, quoad licet rem demonstremus. Homerus igitur res a Græcis ad Troiam gestas componens, unum Achillis equorum, Xanthus is erat, mortem ei auguratum esse affirmat, & dixisse Heroem:

Xanthe necem quid mi præ sagis?

Iliad. T. v. 420.

Minime vero neglexit, ut ne mentiri putaretur. Dixit enim:

Vocem illi Iuno formosis indidit vlnis.

Ibid. v. 407.

Sed opponet denuo quæ solet, idque poeticum commentum esse dicet. Ergo, si videtur, mendacii damnentur Homeri poemata,

& in ejus magistros crimen recidat. Vestigemus autem & alios, qui talia scriptarint. Porphyrius itaque ejus socius, & petulantis in nos maledicentiae parens, Pythagorae vitam exequens, sic alicubi scribit: *Nam quae narrantur de dicato Mycenis Phrygis Euphorbi cum Troicis spoliis Argivae Junoni hujus quoque clypeo, ut nimis peruulgata praetermittimus. Caucasum autem flumen narrant, cum pluribus sodalium trajicientem allocutum esse, & fluvium magna voce cunctis audientibus respondisse, AVE PYTHAGORA.* Sed subjecerint, opinor, aliqui, dixisse salutatum eum esse a fluvio, at non vtiq; Daemonem locutum. Bene habet. Erat igitur fortasse rationis compos aqua. Sed hoc, opinor, emotae mentis esse, neque fieri posse dicimus. Daemon igitur locutus est, idque Pythagorae praestigiarum argumentum erat, quod eum alloqui fluvius videbatur. At verum id non est, inquires, sed potius quaesita cauillatio. Ergo nisi ea, quam arcanam sapientiam Graeci nominant, sine arte, magica plenus erat, crimine vacet ipse, nugamur nos. Sin autem & praestigator & excantator, & istiusmodi artifex apparet, quidni vere dicatur, alicujus eorum, qui ipsi assidui haerent, demonum vi salutationem esse factam? Scribit rursus de eo Porphyrius ad hunc modum: *Ambulationes autem neque ipse inuidiose cum multis obibat, sed secundus vel tertius, in templis vel in lucis loca diligens & quietissima & amoenissima; amicos autem super moerere diligebat, qui primus amicorum communia esse omnia pronuntiavit, & amicum alterum semet, & cum valentibus ipse versabatur, corpore autem agros curabat, & animo agros consolabatur, ut diximus, hos quidem incantamentis & magia, illos vero musica.* Par autem est scilicet, & serpentem dicere humana nequissime voce vti, Caucasum fluvium potuisse, qui mago comis & affabilis fuit? Hujus quoque mentionem facit & sapientissimus Clemens in Stromatis, dicens: *Et Zoroastren Persan amulatus est Pythagoras, & arcanos hujus hominis libros, qui Prodicti sectam sequuntur, possidere se gloriantur,*

Stromat.  
lib. 1.

Α τὰ τῶν αὐτῶν διδασκάλων ἠκέτω τὸ ἔγκλημα. Πολυπραγμονῶμεν δὲ καὶ ἑτέρας τοιαῦτά τινα συγγραφοτάς. Πορφύριος τὸν αὐτῶν κοινῶς, ἢ τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροσομίας πατρῆς, τὸν Πυθαγόρα βίον ἐξηγῶμεν, ὡδὲ πη Φησί· τὰ γὰρ ἰσορέμενα περὶ τῆς ἐν Μυκῆναις ἀνακειμένης σὺν Τροϊκοῖς λαφύροις τῆ Ἀργείᾳ Ἡρᾷ Εὐφύροβος τῶ Φρυγός, καὶ τῆς τῶν ἀσπίδος, παρίεμεν ὡς πάνυ δημῶδη. Καύκασον δὲ ἔφασαν ποταμὸν, σὺ πολλοῖς τῶν ἐταίρων διαδαίνοιά ποτε προσειπεῖν, καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνότερον ἀνεφθέγγετο πάντων ἀκρόντων, ΧΑΙΡΕ ΠΥΘΑΓΟΡΑ. Ἄλλ' οἶμαι φαῖεν ἂν ἴσως τινὲς, ὡς προσειπεῖν μὲν αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἔφη, ἔ μὴν ὅτι καὶ δαίμονιον ἐφθέγγετο. καλῶς. ἦν ἔν τάχα πρὸς λογικὸν τὸ ὕδωρ. ἀλλ' οἶμαι τετὶ καὶ νῦν παραπαρόντος, καὶ τῶν ἀμηχανῶν εἶναι φαμέν. Οὐκ ἔν δαίμονιον ἐφθέγγετο, καὶ τῆς Πυθαγόρα γοητείας ἐπίδειξις ἦν, τὸ προσφωνήσαι δοκεῖν τὸν ποταμὸν αὐτῶ. Ἄλλ' ἔν ἀληθὲς τῶτο, φιλοσοφία δὲ μάλλον. ἔν ἔν μὴ τῆς καλεμένης παρ' Ἑλλήσιν ἀπορρήτης σοφίας, ἢ τοι τῆς μάγας τέχνης ἐπίμεσος ἦν, ἀπηλλάχθω τῆς αἰτίας, ληρῶμεν ἡμεῖς. εἰ δὲ δὴ φαίνοιο γόης τε καὶ ἐπαδός, καὶ ταῦτα τεχνίτης, πῶς ἔν ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐνεργεία τινός τῶν προσιζηκότων αὐτῶ δαίμονιων πεπράχθαι τὴν πρόσρησιν. Γράφει δὲ πάλιν ὁ Πορφύριος ὡδὲ περὶ αὐτῶ τῶν δὲ περὶ πάττας, ἔδὲ αὐτὸς ἐπιφθόνως μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύτερος, ἢ τρίτος ἐν ἱεροῖς, ἢ ἐν ἄλσεσι τῶν χωρίων ἐπιλεγόμενος, τὰ ἡσυχαιατά τε καὶ περικαλλέσασα. τῶν δὲ Φίλων ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν Φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ Φίλον ἄλλον αὐτὸν ἢ ὑγιαίνεσι μὲν αὐτοῖς σὺνδιέτριβε, κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς νοσητέας παρεμυθεῖτο, καθάπερ ἔφαμεν, τῶν μὲν ἐπαδῶς καὶ μαγείας, τῶν δὲ μουσικῆς. Ἴσον δὲ οἶμαι, ἢ τὸν ὄφιν εἰπεῖν μὴ ἂν ἰσχύσαι ποτὲ, τῆ κατὰ ἀνθρώπον κερήσασαι φωνῆ, Καύκασον τε τὸν ποταμὸν, ὃς τῶ μάγῳ γέγονεν εὐπροσήγορος; Μέννηται τῶν καὶ ὁ σοφώτατος Κλήμης ἐν τοῖς Στρωματεῦσι λέγων· Ζωροάστρην τε τὸν Πέρσην Πυθαγόρας ἐζήλωσε, καὶ βίβλος ἀποκρύφους τάνδρος τῶδε, οἱ τὴν Προδικῶν μετιόντες ἄρεσιν, ἀυχῶσι κερήσασαι

ὅτι μὲν ἔν οἱ Μάγοι Περσικόν εἰσι γένος, ἐρῶ-  
 σί πε πάντως. Ζωροάστρην γε μὴν εἰδείς  
 ἀπαλλάξειε λόγος τῶ ταῖς μαγικαῖς ἐνισχῆσθαι  
 τέχνας, ἔ δὴ καὶ πανάριστον ζηλωτὴν Πυθα-  
 γόραν Φασίν, ὡς καὶ βίβλος ἀπορήτης παρ'  
 αὐτῷ συνθεθεμένης ἀνχῆσαι τινάς. Ταυτὶ μὲν  
 Πορφύριος τε καὶ Κλήμης. Φιλόσοφος δὲ  
 τὸν Ἀπολλωνίαν βίον ἐξελεγεμένης καλλιπερίας  
 καλασεμνύειν ἐπιχειρῶν, καὶ εἰς λήξιν ἀνα-  
 φέρων τῶ πάντος θαύματος, ἀποκομίζει μὲν  
 αὐτὸν πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀνωτάτω τέρμασι τῆς  
 Θεβαίων γῆς, καὶ αὐτοῖς ἔφη τοῖς τῶ ποταμῷ  
 καλαδῆποις ἐμβαλεῖν. συγγενέσθαι δὲ τοῖς αὐ-  
 τόφιν Γυμνοσοφισαῖς, εὐ εἰδόσι καὶ αὐτοῖς τὸ ἀρι-  
 τεύειν ἐν γοητείας. εἶτα Φησὶ τὸν τῶν ὄλων  
 πρῶτος, Θεσπεσίαν ἔτ' ἦν, πρὸς τὸν  
 Ἀπολλώνιον εἰπεῖν, αὐτῶς ἔτω Φωνῶς· ὅτι δὲ  
 ἐν ἀδωαῖσιν σοφίζεσθαι, τὸ δὲνα, ἔφη, δέν-  
 δρον· πλελέα δὲ ἦν, τρίτον ἀπ' ἐκείνης ὑφ' ᾧ  
 διελέγοντο· πρόσπειτε τὸν σοφὸν Ἀπολλώνιον.  
 καὶ πρόσπειτε μὲν αὐτὸν, ὡς ἐκελεύεσθαι, τὸ δέν-  
 δρον· ἡ Φωνὴ δὲ ἦν ἑναρθεῖς τε καὶ θῆλυς.  
 Διαμεμνήσομαι δὲ καὶ τῆς ἐν Δωδώνῃ δρυὸς,  
 ἣν καὶ ἀνθρωπεία Φησὶ κεχεῖσθαι Φωνῆ. καὶ  
 μὴν καὶ Ἰσίγονος ὁ Κιττιεύς, ἐν Ῥόδῳ τῆ νήσῳ  
 τὸν τῶ Διὸς ταῦρον Φησὶν ἔκ ἀμοιρῆσαι λόγῳ  
 τῶ κατ' ἡμᾶς. Ἄθρει δὲ ἔν, ὅπως τὰ τῶν γε-  
 γοητευκῶν ἀτύματα, διαδείκνυσιν εὐ μά-  
 λα, τῆ τῶν δαίμωνιων φύσει προσὸν ἀπολελεῖν  
 ἐστ' ὅτε δῶσθαι Φωνῶς, καὶ ἔχ ὡς ἀπὸ γε-  
 μόνων τῶν ἐν αἰσθήσει ζῶων, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν  
 ἔξω Φωνῆς καὶ αἰσθήσεως, ὑδαλός τε Φημί,  
 καὶ ξύλων. ὅν' ἔτ' οἶνω ἀπασιν ἑναργῆς, ὡς  
 ἔκ ἂν τῶ γυνάμῳ προσδιείλετό τι, μόν' ἔ-  
 ὶν καὶ κατ' ἑαυτὸν ὁ ὄφιν, φύσεως ἂν ἔχῃ  
 τῆς ἐν λόγῳ καὶ νοεῖας· ὑπέδου γε μὴν τὸ  
 αὐτῷ πρόσωπον ὁ ἀρχέκλειος σαλιανῶς, καλα-  
 λησεῦσαι θελήσας τὸν ἀνθρώπον, τῆς δοθείσης  
 ἀθανασίας αὐτῷ· πῶς ἔκ ἂν αἰτιώτο, τις καὶ  
 μάλα εἰκότως, ὡς ἔ συμένει ταυτὶ, καίτοι πλεί-  
 σην ὅσῃ ποιούμενα τὴν καλαβοῆν, μονοχ-  
 χὶ τῶ πονηρῶ τε καὶ ἀνοσίῳ δράκοντι. εἰ δὲ  
 αὐτὸς ἀπισεῖ, Φαίην ἂν ὅτι ἔ πάντως διὰ τῶ  
 το εἶεν ἂν ἀνέφικτα τάλιθῃ. ὁ δὲ τοῖς ἀλη-  
 θέσι ἔχ ὁμολογῶν, γελῶτο ἂν ἐν δίκῃ. Δια-  
 περάνας δὲ κατὰ τὸ αὐτῷ δοῦν, τὸν ἐπὶ τῶ  
 δε λόγον, καλανεανιεύειν πάλιν τῶν ἱερῶν γραμ-  
 μάτων, καὶ Φησὶ·

A Magos itaque Persicum genus esse fate-  
 buntur utique : at Zoroastrem certe nul-  
 la oratio absoluerit, quin magicis arti-  
 bus deditus fuerit, cujus optimum Py-  
 thagoram æmulum dicunt fuisse, ut et-  
 iam nonnulli gloriati sint arcanos quos-  
 dam ab ipso libros esse compositos. Et  
 hæc quidem tum Porphyrius, tum Cle-  
 mens. At Philostratus, qui delectis ver-  
 borum scitamentis Apollonii vitam ex-  
 ornare conatur, & ad supremum vsque  
 miraculum effert, ipsum quidem ad sum-  
 mos fines agri Thebani deportat, & in  
 ipsa dicit fluminis catadupa sese dedisse.  
 Congressum autem cum iis qui illic sunt  
 Gymnosofistis, peritissimis ipsis quoque  
 prestigiarum : tum addit, omnium presu-  
 lem, is erat Thespesion, Apollonio dixisse.  
 Enimvero quoniam sapientia impotes non  
 sumus ; tu, inquit, arbor, vlmus autem  
 erat tertia ab illa sub qua differebant, sa-  
 luta mihi sapientem Apollonium. Et com-  
 pellavit eum quidem arbor uti iussa est :  
 vox autem erat ἔ articulata ἔ femi-  
 nea. Memorabo item Dodonæam quer-  
 cum, quam & humana voce vsam di-  
 cunt. Sed & Cittieus Ifigonus, in Rhodo  
 insula, Iouis taurum ait humanæ vocis  
 expertem non fuisse. Vide sis igitur, ut  
 impostorum ludibria plane demon-  
 strent, naturæ dæmonum inesse ut effi-  
 cere interdum voces queant ; neque e  
 sensu præditis modo animantibus, sed  
 & voce & sensu expertibus, aqua dico  
 & arboribus. Quum ergo manifestum  
 omnibus sit, non fuisse allocutum mu-  
 lierem solum & per se serpentem, qui  
 naturæ sit nec ratione nec intellectu  
 prædita, veruntamen subiisse ejus per-  
 sonam mali patrem Satanam, quum data  
 ipsi immortalitatis munere spoliare vel-  
 let hominem ; quis non eum jure re-  
 prehendar, ut qui hæc non intellexerit,  
 quæ in scelestum & impium draconem  
 tantum non maximum clamorem tol-  
 lunt ? Quod si ipse non credit, non pro-  
 pterea percipi veritas nequit. Ille au-  
 tem veris non assentiens, merito ridea-  
 tur. Sed transacto de his, ut ipsi libuit,  
 sermone, in sacras literas juveniliter rur-  
 sus insolescit, & ait :



IULIANVS.

A

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Deum autem boni & mali cognitione formati a se hominibus interdiceret, non summæ absurditatis est? Quid enim stultius esse possit eo, qui bonum & malum dignoscere non queat? Manifesto enim hæc non fugiet, mala dico; illa non persequetur, bona inquam. Quod autem prudentiæ caput est, qua nihil præstantius homini obtigerit, id hominem Deus gustare vetuit. Nam peculiare opus esse prudentiæ boni ac deterioris notitiam, vel dementibus planum est.

CYRILLVS.

At verborum Scripturæ vim eum ignorasse, inquisitio demonstrabit. Arbitror autem, vt manifesta rei totius natura fiat, paucis cum eo agendum. Nam omnimodis ignorare, quid bonum sit, quidque secus, pecunium sit, & lapidi potius aut trunco simillimum, a natura vero compote rationis alienissimum. At vis dictionis, scientiæ boni & mali videlicet, significat apud diuinas certe literas, non nuda veluti & sola ratione rerum scientiam capere, sed vt potestate atque experimento, in processu orationis liquido euidenterque demonstrabimus. Id vero dici operæ pretium puto, Deum vniuersorum ad bona opera hominem condidisse, vt e sacris literis patet, nullius boni egentem, & perfectum, quoad naturæ certe rationes, quæ in animo & corpore insunt. Nam mens ei donata erat eiusmodi, quæ Deum diuinasque res, pro attributo scilicet naturæ modulo, conspiceret, *Videmus enim per speculum perque ænigma*, vt scriptum est: desiderii autem in eorum, quæ miraretur quodlibet, plena, ac veluti simplicem & vnius formæ boni totius nacta scientiam, in idque indistracte intuens, quasi vnum id videns, & integris voluntatis motionibus eo inclinans, & summa in id alacritate tendens.

2. Cor. 13.

Τὸ δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἀπαγορεύειν τὴν διάγνωσιν καλῶς τε καὶ φαύλως τοῖς ὑπ' αὐτῶν πλατῆσι ἀνθρώποις, ἃς ἔχ' ὑπερβολὴν ἀτοπίας ἔχει; Τί γὰρ ἂν ἡλιθιώτερον γένοιτο, τῶ μὴ δυναμένῳ διαγνώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν; δῆλον γὰρ, ὅτι τὰ μὲν εὐφραίνεται. λέγω δὲ τὰ κακὰ, τὰ δὲ εὐμεταδιώξει. λέγω δὲ τὰ καλὰ. Κεφάλαιον δὲ φρονήσεως ἀπηγόρευσε ὁ Θεὸς ἀνθρώπῳ γεύσασθαι, ἧς εὐδὲν ἂν εἴη τιμιώτερον ἀνθρώπῳ. ὅτι γὰρ ἡ τῶ καλῶ καὶ τῶ χείροντι διάγνωσις οἰκειὸν ἐστὶν ἔργον φρονήσεως, πρόδηλόν ἐστι παρὰ καὶ τοῖς ἀνοήτοις.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἠγνοητότα μὲν ἐν αὐτῶν γεγραμμένων δυνάμιν ἐκδείξειεν ἂν ἡ βάσανος. οἶμαι δὲ δεῖν ὑπέριε τῶν καλασῆσαι σαφῆ τὴν Ἐπιτομὴν πρᾶγματος φύσιν ὀλίγα ἄλλα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. τὸ μὲν γὰρ ὀλοτρόπως ἀγνοεῖν, τί μὲν ἐστὶ τὸ ἀγαθόν, τί δὲ δὴ καὶ τὸ ἀνάπαλιν, κτηνοπρεπὲς ἂν εἴη, ἢ λίθῳ μᾶλλον ἢ ξύλῳ προσπεφυκός. λογικῆς δὲ οἶμαι ψυχῆς ἀλλότριον παντελῶς. ἢ δὲ γε τῆς λέξεως δυνάμιν τῆς τῶ εἰδέναί φημι καλὸν τε καὶ φαῦλον, καλασημῆνειεν ἂν παρὰ γε ταῖς θεοπνεύσοις γραφαῖς, ἔχι δὴ παρὰ πάντως τὸ ὡς ἐν ψιλῇ καὶ μόνῃ δέχεσθαι γνώσει τῶν πραγμάτων τὴν ἐπιστήμην, ἀλλ' ὡς ἐν δυνάμει καὶ πείρα κατὰ τῶ λόγῳ προϊόντος ἡμῶν, σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς δειχθήσεται. ἐκεῖνο δὲ οἶμαι χρησιμὸν εἰπεῖν, ὡς ἐκτίσε μὲν τὸν ἄνθρωπον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, καθὰ γέγραπται, ἀπροσδεᾶ παντὸς καλῶς, καὶ ἀρετίως ἔχοντα, κατὰ γε τῶς ἐνόητας λόγους τῆ φύσει, τῶς ἐν ψυχῇ τε φημι καὶ σώματι. Ἐπεποίητο μὲν γὰρ ὁ νῦν τοῖσιν αὐτῶν, ὡς οἶός τε εἶναι καθορᾶν Θεὸν τε καὶ τὰ αὐτῶν, κατὰ γε φημι τὸ ἐκνεμηθέν τῆ φύσει μέτρον· βλέπομεν γὰρ δι' ἐσόπτρα καὶ δι' ἀνίγματα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐφέσεως δὲ τῆς εἰς πᾶν ὅτις τῶν θαυμασμένων ἐπίμεσος ἂν, καὶ οἰονείπως ἀπλήν ἔτι καὶ μονοειδῆ τὴν ἀγαθῶ παυλὸς λαχὼν ἐπιστήμην, καὶ εἰς αὐτὸ βλέπων ἀπεριπατάως, ὡς μόνον ὁρᾶν αὐτὸ καὶ ὀλοκλήροις θελημάτων ῥοπαῖς, ἀπονευκῶς καὶ ἐβελγρῶς εὐ μάλα πρὸς τῶτο ἰών.

Σῶμα γε μὴν αὐτῷ πεποίηται μὲν ἐκ γῆς, ἀ-  
 μεινον δὲ θανάτῃ καὶ Φθορᾷ· καὶ γελῶντινες  
 τῶν ἀπίστων τὸ εἰρημένον ἀκούοντες· ὅτι Θεὸς τε  
 ἐθέλωντος ἦν, ἔ τοῖς νεύμασι ἢ τῶν πραγμά-  
 των ἐπέλα Φύσις, πάντα τε καὶ πάντως, τὸ αὐτῷ  
 δοκῶν, ἀρρήτοις τισὶν ἐνεργείας, ἐφικτὸν ἀπο-  
 Φαινόντος· ὅτι τὸ κατὰ γνώμην αὐτῷ τῆτο καὶ τῶν  
 γεγονότων ἐκάστω Φύσις· Οὐ γὰρ δὴ πρὸς Πλάτωνι  
 μὲν ἐξέσαι λέγειν, ὡς ἐκ προσώπου Θεοῦ· τοῖς  
 παρ' αὐτῶ γεγονόσιν, ἤγειν ἕρην, καὶ ἡλίω, καὶ  
 ἄστρῳ, ἀ δὴ καὶ αἰσθητῶν ὀνομάζει Θεός· διὸ,  
 ἐπέπερ γεγένηθε, καὶ ἀθάνατοι μὲν ἐσέ, ἐδὲ  
 ἄλυτοι τὸ πᾶμπαν· ἔτι γε μὴν λυθήσεθε,  
 ἐδὲ τεύξεθε θανάτῃ μοίρας, τῆς ἐμῆς βελή-  
 σεως, μείζον· ἔτι δεσμῶ καὶ κυριώτερῃ λα-  
 χόντες ἐκείνων, οἷς ὅτε ἐγένεθε ζῶμεθεῖσθε· Ἀ-  
 πισήσομεν δὲ τοῖς Μωσέως γράμμασι, εἰ πέρα  
 τῆ Φθείρεσθαι τεθεῖσθαι λέγοι, Θεὸς γε ἐθέλον-  
 τῶ, τὸ Φθείρεσθαι πεφυκός· ἦν ἄρα θανάτῃ τὸ  
 σῶμα κρεῖττον· ἐνεφύτευσε γὰρ αὐτῷ τὴν ζωὴν  
 ὁ πάντων δημιουργός· ἐπειδὴ δὲ ἦν τῆ Φθείρε-  
 σθαι πέρα· ἐμφύτης μὲν τὰς ἐφέσεις διεκλήρω-  
 σαλο, τὰς ἐπὶ γε τοῖς ἐδωδίμοις καὶ παιδογονίας·  
 ἀτυρῶνευλον δὲ τῆς εἰς τῆτο ῥοπαῖς τὸν νῦν  
 ἔχων, ἐθαυμάζετο· ἔδρα γὰρ ἐλευθέρως τὸ  
 δοκῶν, ἔπω τῆς σαρκος, τοῖς ἐκ τῆς Φθορᾷς  
 πάθεσι ὑπηνευμένης· ἐπειδὴ δὲ προσκέρ-  
 κε τῷ τεκίηναμένω Θεῷ τῆς δοθείσης ἀλογή-  
 σας ἐντολής, καὶ ἀρχὴ γέγονεν ἀκρασίας αὐτῷ  
 τῶν ἀπειρημένων ἢ βρώσις, νενίκηται τὸ ἐντεῦ-  
 θεν, τῆς εἰς τὸ Φαῦλον ἡδονᾷς, καὶ τὴν Φύσιν  
 τῆ σώματος, ὁ τῆς ἀμαρτίας νόμος εἰσέδου, καὶ  
 καθάπερ ἐξ ἀνοσίχ ρίζης τῆς Φθορᾷς τὰ τῶν  
 ἐκλόπων ἐπιθυμιῶν ἐβλάσησε πᾶσθι, καὶ οἶά  
 τι τῶν ἀτιθάσων θηρίων, ἀγελάνει λοιπὸν ἐν ἡ-  
 μῖν τὸ Φιλήδονον τῆς εἰς πᾶν ὅτις τῶν ἀρίστων  
 προθυμίας ἀντανισάμενον· Καὶ γὰρ Παῦλος ὁ  
 θεσπέσι, τοῖς ἀρρώσθημασι τῆς Φύσεως μονο-  
 χι καὶ ἐπισυγνάτων Φησίν· οἶδαμεν δὲ ὅτι ὁ νό-  
 μος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ σὰρκιν εἰμὶ,  
 πεπραγμένον ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν· ὁ γὰρ κατ-  
 εργάζομαι, ἔ γνώσκω, καὶ πάλιν· οἶδα γὰρ ὅ-  
 τι καὶ οἶκί ἐν ἐμοὶ, τρέψω, ἐν τῇ σαρκί μου,  
 τὸ ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παρὰ κείλῃ μοι, τὸ δὲ  
 κατεργάζεσθαι τὸ καλόν, ἔ· ἔ γὰρ ὁ θέλω ποιῶ  
 ἀγαθόν, ἀλλ' ὁ ἔ θέλω κακόν, τῆτο πρᾶτ-  
 τω· εἰ δὲ, ὁ ἔ θέλω, τῆτο ποιῶ, ἐκέτι ἐγὼ ἐρ-  
 γάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἢ οἶκῶσα ἐν ἐμοὶ ἀμαρ-

A Corpus ei quidem de terra datum erat,  
 sed morte & interitu potentius, (rideant  
 licet infidelium quidam, id quum audi-  
 unt) quia Deo volente id fiebat, cujus  
 nutibus rerum natura obsequitur, pror-  
 fus planeque, quod ipsi visum est, arca-  
 na quadam efficacia effectum reddente;  
 quia quod ipse vult hoc vnicuique eo-  
 rum quæ facta sunt natura est. Non enim  
 Platoni videlicet fas erit dicere, tan-  
 quam ex Dei persona, rebus a se con-  
 ditis, celo, inquam, soli ac sideribus,  
 quæ sensiles Deos etiam nominat: Ita-  
 que quoniam facti estis, immortales qui-  
 dem non estis, neque qui dissolui non pos-  
 sitis. At non dissoluemini certe, neque  
 mortis fati potiemini, voluntatem nacti  
 meam, majus certe vinculum est poten-  
 tius, quam quod, dum fiebatis, deinceps estis.  
 Et Mosis scriptis fidem derogabimus, si  
 ultra corruptionem positum esse, Deo  
 quidem volente dicat, id quod corrup-  
 pi natum est. Erat ergo corpus morte  
 potentius. Vitam enim ipsi rerum Opi-  
 fex indiderat. Quando igitur corruptio-  
 nis fines excesserat, innatas quidem ap-  
 petitiones sortitum erat edulium rerum  
 & liberum procreationis; sed miraculo  
 erat, qui mentem haberet illis motibus  
 non obnoxiam. Agebat enim quodcun-  
 que videbatur, nondum corruptionis  
 morbis mancipata carne. Postea vero  
 quam in molitorem sui Deum offendit,  
 & datum mandatum neglexit, & intem-  
 perantia initium illi vitiorum esus fuit,  
 victus est deinceps iis quæ ad malum  
 rapiunt voluptatibus, & naturam corpo-  
 ris peccati lex subintravit, & ex corrup-  
 tione tanquam impia radice imma-  
 nium cupiditatum morbi pullularunt,  
 & velut immanfueta bellua sævit de-  
 mum in nobis amor voluptatis omni-  
 bus omnium optimarum rerum studiis  
 aduersus ac infestus. Diuinus itaque  
 Paulus, ad naturæ infirmitates prope-  
 modum etiam ingemiscens, ait: Scimus  
 autem quod lex spiritualis est: ego autem  
 carnalis sum, factus sub peccato. Quod  
 enim facio, non cognosco. Et rursus: No-  
 ui enim quod non habitat in me, hoc est,  
 in carne mea, bonum. Velle enim adjacet  
 mihi, non autem perficere bonum. Etenim  
 quod volo bonum non facio, sed quod non  
 volo malum, hoc operor. Si autem, quod  
 non volo, hoc facio, non jam ego operor  
 illud, sed inhabitans in me peccatum.

Rom. 7.

Si enim quis subtilius spectet innatam A  
carni motionem, ad foedissimas pertur-  
bationes, non habitat bonum in nobis.  
Ista enim humanam mentem cogit ut  
velit, idque inconsiderate, ea patrare,  
quæ fas non est, & tanquam emptum  
de hæsta mancipium seruitutis jugo in-  
genuum subjungere audet. Intolerabi-  
lem autem ejus vim obsistendi, & sapi-  
entissimus ostendit Paulus, quum ait:  
Rom. 7. *Condelector autem legi Dei, quoad inter-  
riorem hominem. Video autem alteram B  
legem repugnantem legi mentis meæ, &  
captiuum dantem me legi peccati quæ est  
in membris meis.* Quis igitur hominis  
naturam eo & imbecillitatis & miseriæ  
redegit? Improbissimus draco videlicet,  
simplicem adhuc & innocentem mu-  
lieris mentem subingressus, & ineffabili  
gloria oblocutus. Etenim dicente Eva;  
vetuisse quidem Deum vniuersi, ne esui  
haberent lignum quod in medio esset  
paradiso voluptatis, & mortem inter-  
minatum esse si quis legem neglexisset,  
Genes. 3. *fucum fecit, dicens: Non morte moriemini.  
Nouit enim Deus, quacunque die de  
ipso ederitis futuros vos quasi Deos, ut  
sciatis quod cognosci potest boni & mali.*  
Vide sis autem ut exitialis disciplinæ au-  
ctor extiterit. Non enim verum iis di-  
xisset, ait, vniuersi Deum; sed mentitum  
potius, & per inuidiam vetuisse ne ede-  
rent, ut qui optime sciret fore Deos quum  
edissent. Calumniatus est itaque supre-  
mam & ineffabilem naturam, & multi-  
tudinis Deorum exitiosam doctrinam,  
primorum hominum animis immisit,  
eoque *calumniator* ac meritissimo appel-  
latur. Irrupit autem, ut dixi, per præ-  
uaricationem, naturam ejus corruptio,  
& multiplices, qui ex ea sunt, morbos  
vna intulit, quum hanc, opinor, boni &  
mali notitiam, non simplicem ut quis-  
piam dixerit mali notitiam, mente sus-  
cepisset primus parens Adamus, siue  
primigenii homines, sed ad mali sci-  
entiam per res ipsas experientiamque,  
Genes. 3. *deuenisset. Scriptum est igitur: Adam  
vero cognouit Euam uxorem suam.*  
At ne quisquam dixerit pro simplici  
&, quæ in sola est notione, nunc esse  
cognitionem positam, sed rem con-  
gressus, *cognitionem* sacra litera nomi-  
nauit. Diuinæ itaque scripturæ mos  
est, notitiam per experimentum ipsum,

τία. Εἰ γὰρ δή τις ἔλοιπο λεπῶς καὶ ἀθρεῖν τὸ τῆς  
σαρκὸς ἐμφύλον κίνημα, τὸ πρὸς γε φημι τὰ τῶν  
παθῶν ἐκλοπώτατα, ὅσα οἰκεί ἐν ἡμῖν τὸ ἀγα-  
θὸν καταβιάζεσθαι γὰρ τὸν νῦν ἀνθρώπινον, ἐπὶ  
γε τὸ δὲν καὶ τὸ ἀκαίαιον ἐπιπῶς ἐλεῖσθαι δεῖν ἂ  
μὴ φέρις, καὶ τοῖς δορυκλήτοις ἐν ἴσῳ δαλίας ὑπ-  
άγειν ζυγαί, καὶ ἀλομα τὸν ἐλεύθερον ἀφὸ-  
ρηλον δὲ τὴν ἀντίτασιν καὶ Παῦλος ὁ πάνσοφος ἀ-  
ποφαίνει λέγων συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ,  
καὶ τὸν ἔσω ἀνθρώπον. βλέπω δὲ ἕτερον νόμον,  
ἀντιρροφούμενον τῷ νόμῳ τῆς νοῦς μου, καὶ ἀχμα-  
λωρίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν  
τοῖς μέλεσί μου. Τίς δὲ ἐν ἅρᾳ τὴν ἀνθρώπινα  
φύσιν ἀδελφείας ὁμῆ καὶ ἀδελιότητι, εἰς τῶ-  
το κατήγαγεν; ὁ παμπόνηρος δὲ δολοῦ-  
των, τὴν ἀπλήν ἐτι καὶ ἀκαίριον τῶ γυναικί  
διάνοιαν ὑπελθῶν, καὶ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀγορεύ-  
σας δόξης. καὶ τοι γὰρ λεγούσης τῆς Ἐυας, ὡς  
ἀπέφησε μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεός, ἐδώδιμον αὐ-  
τοῖς ποιείσθαι τὸ ξύλον τὸ ἐν μέσῳ τῶ παρα-  
δείσῳ τῆς τρυφῆς, καὶ θάνατον δὲ προσηκέλη-  
σε τῶ νόμῳ καὶ ἡμελησῶτι, πεφενάεικεν εἰπῶν  
ἐ θανάτῳ ἀποθανείσθε, ἦδει γὰρ ὁ Θεός, ὅτι ἡ  
ἀν ἡμέρα φάγητε ἀπ' αὐτῶ, ἔσεσθε ὡς θεοὶ τῶ  
εἰδέναι γνωσὸν καλῶ καὶ πονηρῶ. Ἄθρει δὲ ἐν  
ὅπως μαθημάτων ὀλεθρίων γέγονεν εὐρείης.  
καὶ γὰρ εἰπεῖν ἔφη τὸ ἀληθὲς αὐτοῖς τὸν τῶν ὅλων  
Θεόν, ψευδοπεπῆσαι δὲ μᾶλλον, ἀπειρξά τε φθό-  
νω τῶ φαγεῖν, ὡς ἐν εἰδότα Θεός ἔσεσθαι κατε-  
δηδοκῶτας διαβέβληκεν τοίνυν καὶ αὐτὴν τὴν ἀνω-  
τάτῳ καὶ ἀπόρρητον φύσιν, καὶ τὸ τῆς πολυθείας  
ὀλέθριον μάθημα ταῖς τῶν πρώτων ἐνήκε ψυ-  
χαῖς καὶ διάβολος μὲν ὠνόμασαι, ταύτη λοι  
καὶ σφόδρα εἰσότηας. εἰσήλατο δὲ, ὡς ἔφη, διὰ  
τῆς παραβάσεως τὴν αὐτῶ φύσιν ἢ φθορά, καὶ  
τὸ ἐξ αὐτῆς πολύτροπα συνεισέφρησε πάθη,  
τῶτο οἶμαι γνωσὸν καλῶ καὶ πονηρῶ, ἀπαλήν  
ὡς ἂν τις εἴποι, τὴν τῶ κακῶ γνώσιν λαβόντι  
εἰς νῦν τῶ πρῶτατορος Ἀδάμ, ἦτοι τῶν γεγο-  
νότων ἐν ἀρχαῖς, ἀλλ' ἐν τῆ τῶ κακῶ γνώσει, καὶ  
Genes. 3. *διὰ πραγμάτων αὐτῶν καὶ πείρας γεγενημέ-  
νης. γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀδάμ δὲ ἔγνω Ἐυαν  
τὴν γυναῖκα αὐτῆς. Καὶ εἰδή πῶ φαίη τις ἂν  
περὶ ἀπλής, καὶ ὡς ἐν γε τῆ κατὰ μόνην τὴν  
εἰδήσιν τεθεῖσθαι νυνὶ τὴν γνώσιν, ἀλλ' ὅτι τὸ  
χρῆμα τῆς συνόδου, γνώσιν ἔφη τὸ γεράμμα τὸ  
ἱερόν. Ἐθος τοίνυν τῆ θεοπνεύτω γραφῆ, τὴν διὰ  
πείρας αὐτῆς εἰδήσιν, τὴν ἐφ' ὅτῳ ἐν τῶν*

πρῶτον, ἐστὶ ὅτε, τῷ τῆς γνώσεως ὀνόμα-  
 τι δηλῶν. Καὶ γὰρ ὁ μονογενὴς λόγος τῷ Θεῷ  
 εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀναμορφῶν τὴν ἀνθρώπου  
 φύσιν, κατήργηκε μὲν τὴν ἀμαρτίαν ἐν τῇ σαρ-  
 κὶ γενόμενος ἄνθρωπος· μεθιστὰς δὲ ὑμᾶς, ὡς  
 ἔφη, εἰς καινότητά ζωῆς, παλινάγειρον ποιῶ-  
 ντα κελεύει τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως ἀξίωμα, καὶ  
 ἐκείνο πάλιν ἀναφοιτᾶν ἀναπέδει γενικῶς, τὸ  
 ἀξιάγασον κάλλος· ἔφη γὰρ· ἐρέθη τοῖς ἀρ-  
 χαίοις· ἔμοιχεύσεις. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἔπι-  
 θυμήσεις. Καίτοι τὸ χρῆμα δυσέφικτόν ἐστιν,  
 ὡς γε οἶμαρ παντὶ καὶ δυσάλωτον, καὶ οἷον ὑπὲρ  
 τὴν φύσιν. ἀλλ' ἔγωγε φρονεῖν ἔτι ἔα γεγρα-  
 φῶς Παῦλος ὁ θεοπέσιος· τὸ γὰρ ἀδύνατον τῷ  
 νόμῳ, ἐν ᾧ ἠδένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ Θεὸς τὸν  
 ἑαυτοῦ πέμψας ἴσον ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρ-  
 τίας, καὶ περὶ ἀμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἀμαρ-  
 τίαν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τῷ νόμῳ πλη-  
 ρωθῆ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατήσιν,  
 ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οὐκ ἔτι μονογενὴς δι' ἡ-  
 μᾶς ἐνανθρωπήσαντος ὁ τῆς ἀμαρτίας νόμος κατή-  
 ῤηθη ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ ὡς περὶ ἀνόπιν ἠέχθη  
 τὰ κατ' ἡμᾶς ἀναδραμῆν ἔχοντα τὴν εἰς ὅπερ  
 ἡμεῖς ἐν ἀρχαῖς δηλονότι, κατεμμεγεθῆτες καὶ  
 θανάτου, καὶ φθορᾶς, καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς, καὶ τῶν  
 ἐτέρων ἐπιθυμιῶν, αἱ τὸν ἀδρανῆ καὶ ἀναλκικὸν  
 κατελήζοντο νῦν σωόπλον ἔχουσαι τὴν φθο-  
 ράν. Εἰρήνη μὲν ἐν ἀναγκᾷ οἶμαρ ταυτί. ἐπει-  
 δὴ δὲ πως ἐν ἐκβολῇ γέγονεν ἡμῖν τῶν τοιούτων ὁ  
 λόγος, ἐπανιένον δὲ εἰς οἶμον τὴν ἐν ἀρχαῖς  
 ἔγεγόνασιν ἐν ἀγνοίᾳ καλῶς τε καὶ πονηρῶς,  
 κατὰ τὸν παράδεισον οἱ πρῶτοι λογικοὶ ὄντες,  
 τοῖς ἀνθρώποις πρέπασαν ἀπειληρώσαντο γνώ-  
 σιν ἀρίως ἔχουσαι πρὸς πᾶν ὅτις ἐν τῶν ἀναγ-  
 καίων αὐτοῖς, καὶ προσεφευκότων ἐστωδῶς, ἀπο-  
 φήναντος τῷ δημογεγῶ. Ἀτυρᾶννευλον δὲ τὴν  
 διάνοιαν ἔχοντες ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς, καὶ ταῖς  
 ἐκ τόποις ἐπιθυμίαις, διελέξαν ἐν ἀγία καὶ  
 τεισμακαεῖα ζωῇ. εἰςδραμῶσης δὲ, ὡς ἔφη,  
 τῆς φθορᾶς, καὶ κεινημένων ἐν τῇ σαρκὶ, τῶν  
 εἰς φαυλότητα καλαφερῶν ἡδονῶν, ἔτι ἐν  
 ἀπλή τῇ γνώσει γεγόνασι τῷ κακῷ, ἀλλ' ἤδη  
 καὶ διὰ πείρας αὐτῆς κενώρηκε τὸ ἀπρώσημα.  
 Καὶ εἰ ἔλοιτό τις ταῖς ὑπὲρ σῶμα καὶ αἰσθησι-  
 νοεραῖς ἐστίαις ἐπαφείναι τὴν βάσανον, ὅτι τὸ  
 εἶδεναι καλόν, καὶ πρὸς γε τῷ, τὸ ἔμπαλλον  
 ἐνεσὶ πρὸ πάντως αὐταῖς, ἀραρότως ἐρεῖ. ἔτι μὴν  
 ὅτι καὶ ἔμπαθῶς, καὶ διααυτῆς τῆς πείρας, καὶ οἷον

A cujuslibet agendarum rerum, *cognitio-*  
*nis* interdum nomine appellare. Ac pro-  
 fecto vnigenitus Dei Sermo naturam  
 hominis in pristinum reformans, pec-  
 catum quidem aboleuit in carne, factus  
 homo; sed in vitā nos, vt dixi, trans-  
 ferens nouitatem, antiquam naturā di-  
 gnitatem recuperare iubet, & ad illam  
 generose reuerti suadet admirabilem  
 pulchritudinem. *Dictum est*, igitur ait, *Matth. 5.*  
*antiquis, Non adulterabis. Ego autem vo-*  
*bis dico, Non concupisces.* Tamen si res est,  
 B vt opinor, cuius factu & captu diffici-  
 lis, ac veluti supra naturam. Verum ita  
 sentire non sinit diuinus Paulus, qui scri-  
 psit: *Quod enim impossibile legis, in quo Rom. 8.*  
*infirmabatur per carnem, Deus misso Fi-*  
*lio suo in similitudine carnis peccati, & de*  
*peccato condemnauit peccatum in carne,*  
*vt justificatio legis impleretur in nobis,*  
*qui secundum carnem non incedimus, sed*  
*secundum spiritum.* Ergo Vnigenito pro-  
 pter nos homine facto, peccati lex in  
 carne destructa est, & veluti sursum re-  
 uocata natura nostra est, facto recurfa  
 in id quod principio eramus, superio-  
 res videlicet & morte & corruptione, &  
 carnis voluptate, & ceteris cupiditati-  
 bus, quæ ignauam & imbecillam men-  
 tem socia corruptione depradabantur.  
 Hac igitur necessario memorata sunt.  
 Sed quando de rebus ejusmodi oratio  
 digressa nobis est, in primam viam re-  
 deundum est. In primis hominibus bo-  
 ni & mali ignoratio intus paradysum  
 non fuit. Ratione namque præditi  
 conuenientem hominibus cognitionem  
 fortiti sunt, quum ad omnia necessa-  
 ria ipsorumque naturæ adnata integram  
 Opifex attribuisset. Sed mente non ob-  
 noxia carnis voluptatibus & insanis cu-  
 piditatibus, in sancta & ter beata vita  
 degebant. Sed quum irruisset, vt dixi,  
 corruptio, & in carne se commouif-  
 sent quæ ad improbitatem ducunt vo-  
 luptates, non simplex in iis mali notio  
 fuit, sed jam illis morbus in experi-  
 mentum venit. Ac si quis velit de in-  
 telligentibus, quæ corpus & sensum  
 supra sunt, naturis anquirere, inesse  
 prorsus iis vt bonum norint, diuersum-  
 que insuper, affirmate dicet. At non  
 cum affectione, ac per ipsum experi-  
 mentum, sicque vt eo implicentur;

sicuti nimirum nobis quoque vsu venturum certe fuisse dicimus. E sanctis enim Angelis, qui principatum suum adhuc retinent, gloriosam & beatissimam & omnibus modis admirabilem vitam viuunt, mentem habentes in bonum versam & intentam penitus, quodque secus est rejicientes vt improbum. Nec enim in ignoratione mali versantur, caterum citra vim ac libere id cognoscunt. At qui stationem suam deseruerunt, & meliora spreuerunt, turpiora vero maluerunt, quanquam mali cognitionem etiam ante lapsum haberent, per ipsum tamen experimentum, euidentius habuerunt. Sed mente, si videtur, in propositarum quaestionum veritate stabilita, agendum orationem ad propositam nobis doctrinam, & ad ea quae mentem omnem superant, euehamus. Annon enim diuinam & mundo superiorem naturam, tam venerabilem & purissimam illam boni & mali scientiam habere fatebimur? At quomodo leges sancit, & turpia prohibet, ac delictorum modos denotat, ad meliora autem transfert, & ea clare demonstrat, vnde illustrem vereque eximiam gloriam capere liceat? Bona igitur & vnice boni effectrix, immo ipsummet bonum, diuina & ineffabilis natura est: at malum non ignorat, caterum nouit, at non ad actum: quod postquam nobis accidit, omnibus malis conflictati sumus. Instructa igitur nobis in hunc modum de ea re sententia, videamus quae sequuntur. Nam orationem suam Philosophus ille Iulianus his verbis concludit:

I V L I A N V S.

Vt serpens, de gente humana bene meritis, non ejus perditior sit. Neque hoc modo, sed addit rursus cum ait: In his Deus inuidus dicitur. Postquam enim participem prudentiae vidit hominem, vt ne, inquit, gustaret de ligno vitae, expulit eum e paradiso, diserte dicens: *Ecce Adam factus est vt vnus e nobis, vt cognoscat bonum & malum. Et nunc, ne quando extendat manum, & capiat de ligno vitae, & viuat in aeuum. Et emisit eum Dominus Deus e paradiso voluptatis.* Horum ergo quodlibet,

Gen. 3.

**A** ενισχημένως, καθάπερ ἀμέλει κ' ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν συμβεβηκέναι φαμέν. Ἐν γάρ τοι τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις, οἱ μὲν ἔτι τὴν ἑαυτῶν τηρῶντες ἀρχὴν, εὐκλεᾶ, καὶ τεισμακαρῖαν, καὶ τὴν ἐν παντὶ θαύματι τρίβουσι ζωὴν, ὀλοτρόπως μὲν εἰς τὸ ἀγαθὸν τετραμμένον τε κ' βλέποντα τὸν οἰκῆιον ἔχοντες νῦν, κατακλιθεὶς δὲ τὸ μὴ ἔσθως ἔχον. ἔ' γὰρ εἰσὶν ἐν ἀγνοίᾳ τῶ κακῶ, πλην ἀτυραννεύτως καὶ ἐλευθέρως. Οἱ δὲ δὴ τὸ ἴδιον ἀπολιπόντες οἰκητήριον, καὶ τ' ἀμεινόνων ὀλιγωρήσαντες, ἀνθηρημένοι δὲ ἰσχυρίῳ, καί τοι τὴν τῶ κακῶ γνῶσιν καὶ πρὸ αὐτῶν ἔχοντες τῶν ὀλιθημάτων, ἐναργέστερον ἐσχήασιν καὶ διὰ πείρας αὐτῆς. Ἀλλὰ γὰρ εἰ δοκεῖ τὸν νῦν πρῶσεμπεδῶντες εἰς ἀλήθειαν, τὴν ἐπί γε, Φημί, τοῖς προκειμένοις ἡμῖν θεωρήμασι, φέρε τὸν λόγον ἀναδιβάζωμεν, καὶ εἰς τὰ πάντος ἐπέκεινα νῦν. Ἄρα γὰρ τὴν θεῖαν τε, καὶ ὑπερκόσμιον φύσιν, τὴν ἔτω σεπλὴν καὶ πᾶναγνον, καλῶ τε καὶ πονηρῶ τὴν γνῶσιν ἔχειν δώσομεν; εἴτα, πῶς νομοθετεῖ, καὶ ἀποφάσκει μὲν τὰ ἰσχυρίῳ, καὶ τῶν πλημμελημάτων καταδείκνυσιν τρόπος, ἀποφέρει δὲ πρὸς τὰ βελτίῳ, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτο βιώναι λαμπρῶς, καὶ τὴν ἐκκρίλον ἀληθῶς, ἐπ' αὐτῶ δὴ τῶ τῶ, δόξαν ἐλεῖν, καθίσησιν ἐναργῆ; Οὐκ ἔν, ἀγαθῆ μὲν καὶ μονοτρόπως ἀγαθῆς, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα τὸ ἀγαθόν, ἢ θεῖα τε εἰς καὶ ἀπόρρητῶ φύσις. Ἐκ ἡγνόηκε δὲ τὸ κακόν· πλην οἶδεν ἔ' πρακτικῶς· ὃ δὴ πεπονθότες ἡμεῖς, ἐν παντὶ γεύοναμεν κακῶ. Διεσκευασμένης δὲ ἔσθως ἡμῖν τῆς ἐπὶ τῶ τοῖς ἐννοίας ἰδῶμεν τὰ ἐφεξῆς. συμπέρασμα γ' τῶν ἑαυτῶ ποιῆται λόγων ὁ φιλόσοφος Ἰουλιανός, ἔτω λέγων

I O Y L I A N O S.

᾿Ωστε τὸν ὄφιν, ἐυεργέτην μᾶλλον, ἀλλ' ἔ' λυμεῶνα τῆς ἀνθρωπίνης εἶναι γενέσεως. κ' ἔ' χι τῶ το μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιφέρει πάλιν οἷς ἔφη· ἐπὶ τῶ τοῖς ὁ θεὸς λέγειαι βάσανον. ἐπειδὴ γ' τὸν ἀνθρώπον εἶδε τῆς φρονήσεως μελασχόλια, ἵνα μὴ, φησί, γεύσῃ τῶ ξύλου τῆς ζωῆς, ἐξέβαλεν αὐτὸν τῶ παραδείσῳ, διαρρήδην εἰπών· ἰδὲ Ἀδάμ γέγονεν ὡς εἰς ἔξ ἡμῶν, τῶ γινώσκων καλὸν κ' πονηρὸν. καὶ νῦν μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα, καὶ λάβῃ ἀπὸ τῶ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζῆσεται εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ἐξαπέσειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶ παραδείσῳ τ' τρυφῆς. Τῶ τῶν τοῖνυν ἕκαστον,

εἰ μὴ μῦθος εἴη ἔχων ἀπόρητον θεωρίαν, ὅπερ ἐγὼ νεόμικτα, πολλῆς γέμεσιν οἱ λόγοι περὶ τῆς Θεῆς βλασφημίας. τὸ γὰρ ἀγνοῆσαι μὲν ὡς ἡ γινομένη βοηθός, αἰτία τῆς παραπλώματός ἐσται, καὶ τὸ ἀπαγορευῆσαι καλῶς καὶ πονηρῶς τὴν γνῶσιν, ὃ μόνον σωῆσαι ἔοικε τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ προσέτι τὸ ζηλοτυπῆσαι, μὴ τῆς ζωῆς μεταλαβῶν, ἀθάνατος ἐκ θνητῶν γένηται, φθονερῶς καὶ βασκανίας λίαν ἐστίν.

## ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἀπόχρη μὲν ἐν ταῖς προειρημένα πρὸς ἐλεγχον τῆς ἐνέσεως αὐτῶν τοῖς λόγοις ἀβελτηρίας. λυπεῖ δὲ ἔδεν, μᾶλλον δὲ πρὸς καλῶς τοῖς ἐντευξομένοις γενήσεται, τὸ ἐφελῆσαι καὶ νυῦ ὀλίγα ἅπλα περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. Οὐ γάρ τοι φρονήσεως μελεσχηκότα, λογικὸς γὰρ ἦν, καὶ γέγονεν ἔτις ἐν ἀρχαῖς, ἀπεσόβησε τῆς παραδείσεως τὸν ἀνθρώπον, ὃ τῶν ὅλων Θεός. ἀλλ' ἔδεν φθόνος καὶ βασκανίας ἔργον ἦν, κατὰ τετόλμηκεν εἰπεῖν, τὸ ἀπειρῆσαι φαγεῖν αὐτὸν τῆς ξύλης τῆς ζωῆς, ἵνα μὴ ζῆση εἰς τὸν αἰῶνα· ἀξιάγατος δὲ, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ δὴ τῆς προμηθεΐας ὁ τρόπος εἴη ἀνπαρά γε τοῖς ἀγίοις τὴν φρένα. Οὐ γὰρ ἔδει, τῶς ἀπαξ καὶ θείων νόμων ἡφειδνηκότας, καὶ ταῖς εἰς γαστέρα νενικημένους ἡδοναῖς, καὶ ἀθλιότητος λοιπὸν κατενηνεγμένους εἰς τῆτο, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ φύσει τῆς σώματος, τὸν νόμον ἀρρώσῃσαι τῆς ἀμαρτίας, διὰ τε τῆτο καλαφοιτήσῃ μελλόντας εἰς πᾶν ὅτι ἐν τῶν κατεψευγμένων, ἀτελεύτητον ἐν τῷ δε τῷ κόσμῳ σώζεσθαι κακόν, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐν ἴσῳ πνεύμασι, μακρὰν καὶ ἀπηχθῆ μένην τῷ παναγίῳ Θεῷ διακίωνα ζωὴν. Ἀμεινον δὲ δήπερ φαίη τις ἂν, τοῖς τῶν καλῶς ἔχοντος ἡμαρτηκόσι, τὸ μὴ εἰσάπαν καὶ διηνεκῶς ὁρᾶσθαι πονηρῶς, καταλήξαι δὲ ὡς περ καὶ διελάσαι πρὸς πέρας τῶν κακῶν, κατασφραγίζοντας ἑαυτοῖς, καὶ γὰρ ἐλέος τινὸς ἐλπίδα διὰ τῶν κατὰ πάξ ἐν τάξει δίκης ὑποσῆναι τὸν θάνατον. Ἴνα τοίνυν μὴ διὰ πείρας αὐτῆς, τὴν τῶν κακῶν γνῶσιν ἐλῶν τὴν τῷ Θεῷ καλεσυγημένην μακρὰν ἔχοι ζωὴν ἐπὶ γῆς ὁ ἀνθρώπος, λίαν ἐυτεχνέστατα τῷ θανάτῳ τῆς σαρκὸς συνετέλλετο, τῆς ἐπ' αὐτῇ γαληνότητι καὶ φιλανθρωπίας τὸν ἔοικότα καιρὸν ἠγνοηκότος Θεῆ· καὶ τῆτο διδάσκει γεγραφῶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος, προεγνώσθαι μὲν τῷ Θεῷ τὸ μυστήριον πρὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανερῶσθαι γὰρ μὴν ἐπ' ἐσχάτοις τῶν αἰῶνων καιροῖς, κατ' ὃν ἔδει τῶν τῆ ἀν-

nisi fabula sit, arcanam habens speculationem, id quod existimo, multis in Deum maledictis sermo iste redundat. Quod enim ignoravit, adjutricem lapsus causam futuram; quodque boni & mali cognitione interdixit, quo vno vitam hominum contineri videtur; quodque insuper invidit, ne vitam factus particeps ex mortali fieret immortalis, nimis invidi & maleuoli est.

## B

## CYRILLVS.

Abunde utique sunt, quæ dixit, ad arguendam verborum ejus vanitatem. Sed nihil habet incommodi, immo vtile erit lectoribus, de iisdem pauca etiam nunc addere. Non enim percepta prudentia, (rationis enim compos erat, talisque factus est ab initio) paradiso hominem absterruit vniuersorum Deus. At neque inuidiæ aut malevolentia erat, quemadmodum dicere ausus est, quod esu ligni vitam eum arcuit, ut ne æuum viueret, sed admirabilis in eo quoque ipso prouidentia ratio fuerit, iis certe quibus sana mens est. Nec enim decebat, qui semel diuinam etiam legem temerassent, & ventris voluptatibus victi essent, eoque miseria deuoluti, ut & in ipsa natura corporis infirma esset lex peccati, eoque ituri in omne probrum, sempiternum in mundo hoc malum retineri, & æque ac immundos spiritus, longam & sanctissimo Deo exotam vitam peruiuere. Præstabat nimirum, dixerit aliquis, iis qui in officium peccassent, non in perpetuum sempiternæque malos videri, desinere autem, & veluti ad mali metam peruenire, misericordiam certe alicujus sibi spem coaceruantes, eo quod semel poenæ loco mortem incurrissent. Ne igitur, capta per ipsum experimentum illa Deo inuisa mali cognitione, longa in terris vita homo frueretur, prudentissimo consilio morte carnis coercitus est, Deo clementia in ipsam atque humanitatis idoneum tempus non ignorante. Quod ipsum diuinus docet Paulus: *prænotum quidem Deo fuisse mysterium, ante constitutionem mundi, verum extremis temporibus seculi manifestatum esse, quo decebat ea quæ hui-*

Ephes. 1.

&amp; 3.

